




ARISTOTELIS
Problemata.









Monasterij Ochsenhusanj. [001 6 (1)]

Problemata Aristotelis, ac Philosophorum Medicorumque

complurium, ad uarias quæstiones cognoscendas, & ad naturalem Philosophiam discutiendam maximè spectantia,

Monasterij Ochsenhusani 1608

CVM A IIS QVIBVSDAM QVORVM catalogum sequens pagina indicabit.



ANNO. 1558.

Ex lib. Blasij Kauffmanj Aulendorffesis

MARCI ANTONII ZIMARAE Sancti pertrinatis Problemata his addita, unà cum trecentis Aristotelis & Auerrois Propositionibus, suis in locis insertis.

ALEXANDRI APHRODISEI, SVper Quæstionibus nonnullis Physicis, Solutionum Liber, Angelo Politiano Interprete.

ITEM ALBERTI COGNOMENTO Magni De secretis Mulierum, tractatus huic materiæ non inconueniens.

EIVSDEM DE VIRTVTIBVS HERbarum, lapidum & animalium quorundam libellus.

PRAETER HAEC DE MIRABILIBVS Mundi ac de quibusdam effectibus causatis á quibusdam animalibus.





IN ARISTOTELIS AC PHILOSOPHORVM MEDICORVMQVE COMPLVRIVM PROBLEMATA PRAEFATIO.


MNES HOMInes naturaliter ſcire deſiderant, ut ſcribit Ariſtoteles, princeps Philoſophorum, primo Metaphyſicæ, cuius cauſa poteſt reddi talis, quia omne ens naturaliter appetit ſuam perfectionem, & ſimiliter conatur ſe aſſimilare primo enti, diuino & immortali, in quantum poteſt. Sed ſcientia eſt de perfectione intellectus, ergo omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. Rurſus & alia ratio eſt: nam quodcunq; ens naturaliter appetit bonum, ut ſe conſeruare poſſit in rerum

natura. Sed omnis noticia ſcientifica, eſt de numero bonorum honorabilium, ut patet primo de anima. Ergo naturaliter omnis homo deſiderat ſcire, et ex conſequenti omnis ſcientia, in quantum intellectui humão eſt poßibilis, eſt appetenda. Quamuis igitur quælibet ſcientia ſit perſcrutanda, magis tamen illa, quæ eſt nobilior, et cõmunior alijs ſcientijs. Sed philoſophica ſcientia confert maximas delectationes, ut patet decimo Ethicorum. Ergo præ cæteris ſcientijs philoſophica diligentius eſt inquirenda, etiã propter alias cauſas. Nam præſens ſcientia, eſt ſimilis ſcientiæ philoſophicæ, quia ipſa clarificat animam, & ipſa facit delectari in hoc ſeculo, ut dicit Ariſtoteles in libro

de uita

de uita & morte, quia quæ etiam in tan
tum clarificat hominem, ut ipsum pri-
mo enti diuino, immortali aſsimilari la
boret, teste Seneca in Epistola, in ta
lia prorumpente uerba, hoc mihi Phi-
losophia promittit summopere, ut me
deo parem reddat. Libet igitur de ani
malibus corporalibus, præsertim
de corpore humano, ex pluri-
bus artificialibus codici
bus Problemata
colligere.



PROBLEMA PRIMVM EST TALE.



VAERITVR, QVARE inter omnia animalia homo habet faciem uersus cœlum eleuatam?

Respondetur multipliceter: Primo, quòd est ex uoluntate ipsius Creatoris. Et quamuis illa responsio sit uera, non tamen uidetur ualida in proposito, quia sic facile est oīa soluere.

Secundo respondetur, quòd omnis Artifex opus suum primum communiter facit deterius, & post hoc opus suum secundum facit melius. Et sic Deus creauit bruta animalia primo, quibus dedit faciem depressam, ad terram inclinatam, et secundo creauit homines, ut patet in Genesi, quibus dedit figuram honestam, & ad cœlum eleuatam. Sed illa responsio non uidetur iterum ualere ad propositum, ex quo est Theologica, & primo derogat bonitati Dei, quæ sua opera, quantum est ex sua natura semper facit bona.

Tertio respondetur, quòd inter omnia animalia solus homo est ordinatus ad regnum cœlorum, & ideo habet figuram eleuatam ad cœlum, quia cō

ptis terrenis contẽplari debet cœlestia in diuinis.

Quarto respondetur quòd omnis rationalis, est similis intelligentiæ, & finaliter in Deũ ordinata, ut patet per Auerroem primo de anima, Ergo habet figuram eleuatam sursum.

Quinto respondetur, quòd homo existit microcosmus, id est, minor mundus, sicut uult Aristoteles octauo Physicorum, ideo omnibus animalibus habet præcipere, & illi obediunt.

Sexto respondetur, & ultimo, quòd naturaliter cuilibet rei & operi talis figura est computanda, quæ suo motui fiet apta. Vt cœlo cõpetit rotunditas, igni autem competit figura pyramidis, quæ motui sursum est apta. Ergo rei bipedali, ut est homo, figura diametrica, & figura pyramidis est aptißima. Ergo inter omnia animalia solus homo capite est eleuatus.

QVare caput animalium est pilosum?

Respondetur secundum Constantinum, quòd pili sunt ornamenta capitis et cerebri, & cerebrũ per generationes pilorum euacuatur à craßis uaporibus, à supremo usq; ad partes inferiores, qui exeunt per poros carnis exterioris, & exiccantur, & in pilos conuertuntur. Patet quia in toto

homine nihil ſiccius pilis eſt, quia ſicciores ſunt oſsibus, ut patet per Albertum Magnum, quia aliqua animalia nutriuntur ex oſsibus ut canes. Sed nullum animal poteſt digerere plumas uel pilos, quia indigeſti eijciuntur, & omnino ſicci ſunt, & inepti ad nutrimentum.

Secundo reſpondetur, quòd cerebrum quatuor modis purgatur. Primo ab aquaticis humoribus ſuperfluis, per oculos: à melancholia, per aures: à cholera, per naſum: à phlegmate, per pilos, & illa eſt intentio Medicorum.

QVare homines habent longiores crines in capite, quàm cætera animalia?

Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem tertio de generatione animalium, quòd homo inter omnia animalia habet cerebrum humidiſsimum, à quo egreditur ſudor, qui in crines longos capitis conuertitur.

Secundo reſpondetur, quòd humores in homine ſunt pingues, non cito exiccabiles, ergo pili in eo prolongantur. In alijs autem animalibus humores ſunt facile exiccabiles, ergo ceſſat in eis prolongatio pilorum.

QVæritur ad idem, quare in alijs animalibus pili

pili solum infiguntur cuti, sed in homine profundius radicantur in cute?

Respondetur & ideo, quia plus in homine habent de nutrimento, Ergo etiam magis ad interiora prolongantur. Et hæc etiam est ratio, quare pili in alijs animalibus uariantur ad uariationem cutis, et non in hoĩbus, nisi aliquando in cicatrice.

QVæritur, quare Mulieres habent longiores crines quàm Viri?

Respondetur, quia Mulieres sunt humidiores quàm Viri, & magis phlegmaticæ, ergo in eis plus est de materia pilorum, & per consequens sequitur longitudo pilorum, & cum hoc talis materia cerebri magis augetur, à membris interioribus, & maximè tempore mẽstrui, quia tunc materia ascendit, quòd augetur humor pilorum. Vt dicit Albertus: Si pilus mulieris menstruosæ ponatur sub fimo, ex illo generatur serpens uenenosus.

Secundo respondetur, quia Mulieres non sunt barbatæ, sic materia barbæ transit in materiam pilorum, &c.

QVæritur, quare aliqui homines habent crines molles, et aliqui duros?

Respondetur secundum Aristotelẽ, quod cutis

pili, sunt termini analogi, modo quædam cutis est dura, quædam spisa, quædam subtilis, & quædam crassa, Ergo pilus, qui egreditur per poros super ficiales crassæ cutis, fit crassus, & qui per poros subtiles fit subtilis. Etiam quando pori sunt aperti, tunc exit multus humor, ergo pili duri generantur. Et ubi pori sunt angusti, ibi molles & subtiles crines generantur.

Et hoc Aristoteles in hominibus declarat, huius signum habemus primo, quia mulieres habent molliores crines quam uiri, quod contingit ex eo quia in eis pori sunt clausi propter frigiditatem. Secundo, quia cholerici sanè frequenter habent duriores & craßiores pilos alijs, propter caliditatem ipsorum, & in eis pori ualde sunt aperti, Ergo etiam barbescunt præ alijs. Ergo Philosophus in Physiognomia: Et animalia duros pilos habentia, sunt audaciora, quia tales pili ordinati sunt per calorem, & per choleram, & cholera semper facit pugnare. Etiam Aristoteles ponit exemplum de Vrso & Apro. Ex opposito animalia molles crines habentia, sunt timida, quia frigida, ut Lepus & Ceruus. Item Aristoteles dicit aliam rationem mollieiei & duriciei pilorum. Quia in regione

calis

calida craßiores pili generantur, ut habent Aethiopes. Per oppositum est de regione frigida, ut uersus septentrionem.

QVæritur, quare quidam homines habent crispos crines, & quidam planos?

Respondetur, quòd causa crispitudinis est superabundantia caloris, ut si in homine est multus calor, tunc generantur pili crispi, quia tunc mouetur sursum, & eius signum est, quòd quando aliquis intrat balneum scilicet, habet crines planißimos, postea tamen acquirit alios crines crispos. Ergo balneatores sane frequenter habēt crispos crines, similiter Aethiopes & Cholerici. Sed causa planiciei, est multa humiditas fumi, diametro tendens deorsum. Et huius signum est, quia Mulieres sane frequenter habent planos capillos, quia sunt multæ humiditatis, & paucæ caliditatis.

Quæritur, quare Mulieres pubescunt circa aluum, et nō alibi, sed Viri in pectore barbescunt.

Respondetur Medicè, Quia in Viris & mulieribus est fluentia humiditatis ibidem & magis in Mulieribus. Quia in Viris est os uesicæ in illo loco in quo tenetur urina, ex qua generantur pili in pectore, & circa umbilicum. Sed de mulieribus

sic dici-

ſic dicitur, quòd humiditas ueſicæ & matricis ibi coniungitur, ergo multus fumus ibi reſoluitur, qui eſt materia pilorum, quia eodem modo fit ſub humeris, & in alijs locis hirſutis.

Quæritur, quare mulieres non barbeſcunt?

Reſpondetur, quia in eis eſt defectus caliditatis ut etiã in aliquibus uiris effœminatis, qui ſunt imberbes propter eandem cauſam, quia habent complexionem muliebrem.

Quæritur, quare ſuſpenſis creſcunt crines?

Reſpondetur, quia corpora eorum ſunt expoſita ſoli, qui calore ſuo totum humidum reſoluit in fumum, ex quo generantur & augentur crines.

Quæritur, quare pili barbæ ſunt craßiores alijs, & quanto plus abraduntur, tanto plus indureſcunt?

Reſpondetur per regulam Medicorum.

Quanto plus de aliquo liquore humor ſeparatur, tanto plus ad talem locum humor contrahitur. Ergo, quando plus pili abraduntur, tanto magis ibi confluunt humores, & ex eis crines generantur, & ibidem indureſcunt.

QVæritur, quare Mulieres ſunt ualde planæ & formoſæ, reſpectu Virorum?

Reſpon-

Respondetur secundum Aristotelem, Primo de generatione animalium, Quia in Mulieribus tota humiditas & superfluitas, quæ est materia pilorũ corporis, expellitur cum materia menstruali, quæ manet in Viris per uapores transiens in pilos. Et huius signum est, quia mulieres raro habent fluxũ ex naribus uel apostemata, ut ulcera, quia talis materia eijcitur cum menstruo. Item aliud signum, quia uidemus aliquas uetulas barbescere in senectute, scilicet post quadraginta uel quinquaginta annos, cum cessant menstrua, ut dicit Aristoteles Nono de animalibus.

Quæritur, quare inter omnia animalia soli homines canescunt, uelut Protagoras, & Aristote. primo de Generatione?

Respondetur secundum Philosophum, Quòd canicies causatur in hominibus, quia inter omnia animalia habent calidißimum cor. Ideo natura sagax, ne per calorem cordis homo suffocaretur, cor calidißimum supposuit frigidißimo cerebro, ut caliditas cordis temperaretur frigiditate cerebri, et è conuerso, sic, quòd temperamentum adderetur utrobiq;. Hæc etiam patent ex tali signo, quia inter omnia animalia homo habet turpißimum odora-

odoratum. Secundo de Anima. Etiam homo quasi medium uitæ suæ consumit dormiendo, & hoc contingit ex superabundantia cerebri frigidi & humidi, & sic indiget calore naturali, illud humidũ digerente & consumẽte. Et illum calorem sufficientem habet in iuuentute, ideo non efficitur canus: tempore uerò senectutis deficit in calore naturali. Et sic uapores ascendentes à stomacho manẽt indigesti propter defectum caloris naturalis, & sic consequenter putrescunt, & illam putrefactionem humorum sequitur albedo, quæ dicitur canicies.

Ex illo patet, quòd canicies nihil aliud est, quàm albedo crinium, ex putrefactione humorum, circa radices pilorum, ex defectu caloris naturalis, tempore senectutis causata. Etiam canicies causatur ex malicia complexionis aliquando, & illa bene contingit in iuuentute, aliquando etiam ex humido indigesto, aliquando ex nimio timore uel cura, ut patet de mercatoribus nauigantibus, & raptoribus. Vnde uersus.

Cura facit canos quamuis homo non habet annos.

QVæritur, quare crines rufi citius albescunt quàm alij?

Respon-

Respondetur secundum Aristotelem, Quia rubedo est infirmitas pilorum, nam generantur ex materia infirma et debili, scilicet ex materia menstruali, ideo citius canescunt, quàm crines nigri.

QVæritur, quare Lupi grisescunt?

Pro quo nota differentiam inter caniciem & grisitiem. Quia canicies causatur ex defectu caloris naturalis, sed grisities ex uoracitate & comestione, ut patet per Aristotelem septimo de Animalibus, Cùm Lupus est animal multum uorax, quia multum comedit, & gulose, sine masticatione, & semel in tantum, quod contentus sit per triduum, & tunc ille cibus causatur uapores crassos in corpore ipsius lupi, & per consequens grisities ex ipsis generatur. Item grisities & canicies secundo differunt, quia grisities fit per totum corpus, canicies uerò solummodo fit in capite.

QVæritur, quare equi grisescunt?

Respondetur secundum Aristotelem in libro de animalibus, Quia eorum corpora plurimũ sunt in sole. Et secundum eundem quarto Meteororum, Calor etiam quandoq; accidentaliter facit putrefacere, ergo ex tali calore materia pilorum putrescit, et per consequens etiam ualde cito caluãtur.

Queri-

Quæritur, quare homines caluescunt, & arbores in hyeme defoliantur?

Respondetur secundum Aristotelem ubi supra de animalibus, quod eadem de causa homines caluescunt, & arbores defoliantur, Quia defectus humiditatis utrobiq; est causa defectus tam pilorum quam foliorum. Et hoc pulchrè declaratur, quia per actum Venereum homo caluescit. Quia luxuria est emißio naturalis humiditatis & caliditatis. Et sic per luxuriam humidū consumitur, quod est nutrimentum pilorum, ergo sequitur caluicies. Et hoc declaratur euidenter Eunuchis, & mulieribus, quæ non caluescunt, quia tale humidum ab eis non separatur, Vnde Eunuchi habent complexionem fœmineam.

Sed quando quæritur, quare Eunuchi non caluescunt, nec habent podagram, id est, infirmitatem pedum, ut dicit Hippocrates sexta particula Aphorismorum.

Respondetur secundum Galenum in Commento ibidem, quòd causa caluiciei est siccitas, et siccitates non sunt in Eunuchis, quia carent testiculis, qui supplent calorem per omnia membra, et calor aperit poros, quibus apertis, cadunt pili.

Quæritur

Quæritur, quare Mulieres non caluescunt?

Respondetur, quia frigidæ & humidæ sunt, & hoc utique operatur permanentiam pilorum. Nam humiditas dat nutrimentum pilis, & frigiditas poros constringit.

QVAERITVR, quare calui sunt fallaces? ut dicit metrum.

Si non uis falli fugias consortia calui.

Respondetur, quia caluitas attestatur supra complexionem cholericam, quæ est calida & sicca, & cholerici naturaliter sunt fallaces, iuxta illum uersum.

Hirsutus fallax, irascens, prodigus, audax.

Ergo sequitur à primo ad ultimum, caluos esse fallaces.

Quæritur, quare cæci naturaliter non caluescunt?

Respondetur secundū Aristotelem, quia oculus habet multum humiditatis, & talis humiditas quæ transire deberet per substantiam oculorum, transit in nutrimentum sufficiens pilorum, & ergo raro caluescunt.

Quæritur, quare omnibus timentibus contingit pilorum erectio?

Respondetur quia tempore timoris, calor uadit in interiora ab exterioribus membris, uolens subuenire cordi, & sic pori, in quibus pili figuntur, clauduntur, ad quam clausionem sequitur erectio pilorū, & hoc maximè patet in animalibus brutis, scilicet in porcis, in apris & pauonibus.

DE CAPITE.

Quæritur, quare caput hominis est rotundū? Respondetur, quia hæc figura est aptißima ad capiendum in se aliquid, ut patet per Aristotelem, secundo de Cœlo, cùm ipsum caput capit in se quinq; sensus, ut etiā declaratur in sphæra materiali.

Quæritur, quare caput sit durum?

Respondetur per Aristotelem. Quia continet in se humidißimam partem animalis, ut cerebrum per ipsum, tanquàm per clypeum tueatur.

Quæritur quare caput non est directè rotundum, sed oblongum?

Respondetur, ut in ipso tres cellulæ aptius possint distingui, scilicet phantasia, in fronte, logistica siue rationalis, in media: & memoria, in posteriori cellula.

Quæritur, quare homo imaginando erigit caput ſurſum, ſiue uerſus cœlum?

Reſpondetur, quia imaginatio eſt in anteriori parte capitis ſiue cerebri, ideo erigitur ſurſum, ut cellulæ imaginationis aperiantur, et ut ſpiritus animalis cōcurrendo facere poßit imaginationem.

Quæritur, quare homo cogitans et recogitās de præteritis, caput ſuum inclinat ad terram?

Reſpondetur quòd ideo, quia cellula poſterior eſt memoratiua: Ergo illa erigitur uerſus cœlum cum caput inclinatur ad terram, et ſic aperitur illa cellula, ut ſpiritus animales, perficientes memoriam, intrarent.

Quæritur, quare caput non eſt carnoſum, ſicut alia membra?

Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem in libro de Animalibus. Quia caput nimium aggrauaretur, et memorari non poſſet. Ergo eſt ſine carne. Etiam caput carnoſum deſignat complexionem malam.

Quæritur, quare caput ſæpe patitur dolores?

Reſpondetur ſecundum Conſtantinū in libro de Stomachis, Quòd quandoque patitur dolores ex aſcenſione malorum uaporum prouenien-

tes, qui de stomacho ad caput extolluntur, & ipsum cerebrum perturbant, & sic causatur dolor. Etiam dolor capitis maximè prouenit à stomacho. Quia secundum Galenum, duo magni nerui transeunt de cerebro ad orificium stomachi, & sic ista membra semper simul patiuntur. Etiam dolor capitis quandoq; prouenit propter uinum forte, uel propter cibaria fumosa & acuta, sicut allium & cæpe. Etiam quandoq; contingit ex phlegmate, in stomacho contento, de quo possunt uenire febres quotidianæ.

Quæritur, quare mulieres sæpius habent dolorem capitis quàm Viri?

Respondetur secundū Albertum. Quia mulieres patiuntur menstrua, & non uiri, & sic fumus immundißimus & uenenosißimus resoluitur, qui sursum petens exitum, ipsum caput dolere facit.

Quæritur, quare cerebrum sit album?

Respondetur dupliciter Primo, quia frigidum est. Et frigiditas est mater albedinis, ut patet per Philosophum.

Secundo respondetur, quòd ideo, ut posset in se recipere similitudinem omnium colorum Modo color albus est maximè simplex.

Quæ-

Quæritur, quare omnes ſenſus ſunt in capite?

Reſpondetur ſecundum Albertum. Quia ibi eſt cerebrum, in quo omnes ſenſus dependent, & diriguntur, & per conſequens, omnes ſpiritus ſentire facit, & ab ipſo omnia membra reguntur.

Quæritur, quare cerebro læſo uel corde, homo non poteſt euadere mortem?

Reſpondetur, quia cor & cerebrum ſunt duo membra uitalia & principalia in animalibus, ergo ipſis læſis, nullum remedium eſt, quo curari poßint.

Quæritur, quare cerebrum eſt humidum?

Reſpōdetur, quòd ideo, ut eò facilius recipiat impreßionem. Quia humidum facile eſt receptiuum impreßionum, ut patet de cæra, quæ facilè recipit in ſe figuram ſigilli.

Quæritur, quare cerebrum eſt frigidum?

Reſpondetur dupliciter. Primo, ut ex ſua frigiditate clarificet & ſubtilem reddat intellectum hominis.

Secundo, ut eius frigiditate temperetur calor cordis, & hoc eſt de intentione Ariſtotelis in libro de animalibus.

DE OCVLIS.

QVæritur, quare habemus unum nasum, & duos oculos?

Respōdetur quod ideo, quia uisus est magis necessarius homini, quā olfactus. Et ergo prouenit ex benignitate naturæ scilicet, ut si in uno oculo offensio fiat siue destructio, quòd tūc alter maneat, & sic certe uidemus, quod spiritus uisiuus ad unū oculum dirigitur, ut patet in dispectiua communi.

Quæritur, quare pueri in iuuentute habēt magnos oculos, & in ætate graciles redduntur?

Respondetur secundum Aristotelem secundo de generatione. Quòd est propter maximam cerebri humiditatem, & propter hanc causam Pueri sunt multum somnolenti.

Quæritur, quare oculi nigri in die bene uidēt noctu uerò malè?

Respondetur secundum Aristotelem, Quòd propter indigentiam ignis, & propter luminis & humoris in oculis congregationem, qui illuminat humorem glacialem.

Quæritur, quare oculi glauci in die malè uidēt noctu uero bene?

Respondetur per Aristotelem. Quòd glaucedo per

per se est lucida. Et spiritus uisibiles in die debilitantur, & nocte confortantur.

Quæritur, quare homines habent oculos diuersos?

Respondetur per Aristotelem, quòd hoc est propter diuersitatem humorum. Vnde oculi habent quatuor tunicas, & tres humores Prima dicitur consolidatiua, quæ est exterior, fortis & pinguis. Secūda dicitur cornea, ad similitudinem cornu, & illa est perspicua. Tertia dicitur uuea, ad similitudinem uuæ magnæ. Quarta dicitur tela araneæ. Sed secundum alios, oculus constat ex septem tunicis, et tribus humoribus. Primus humor dicitur albugineus ad similitudinē albuginis in ouo. Secūdus glacialis, id est glaciei similis. Tertius est uitreus, id est, ad modum uitri clarus. Et illa diuersitas humorum facit diuersitatem oculorum.

Quæritur, quare homines lusci, & unoculi, sunt boni sagittarij? Et quare sagittarij boni, communiter claudunt unum oculum? Et quare speculantes astra uident uno oculo per cannos?

Ad hoc dicendum est, quòd hæc materia habetur in perspectiua: & ratio est, secundum quod

patet in libro de causis. Quia omnis uirtus unita fortior est seipsa dispersa. Ergo tota uirtus uisiua dispersa in duobus, uno oculo clauso congregatur ad alium, & sic uisus in ipso fortificatur, & per consequens certius uidet uno oculo clauso, quàm ambobus apertis.

Quæritur, quare fortiter bibentes, & ridentes lachrymantur?

Respondetur, quia dum bibunt, aër inspiratus non exit per uocalem arteriam, & sic cum impetu ad oculos dirigitur, per poros exeundo, & sic humores oculorum expellit: & isti humores sic expulsi adducunt lachrymas.

Quæritur, quare multum flentes parum mingũt?

Respondetur per Aristotelem. Quia humidum radicale lachrymæ, & urinæ, sunt unius & eiusdem naturæ. Ergo ubi fletus multiplicatur, ibi urina diminuitur, & quòd sunt eiusdem naturæ & materiæ, patet in sapore, quia ambo salsa sunt.

Quæritur, quare aliqui habentes claros oculos nihil uident.

Respondetur quòd hoc est propter oppilationem & destructionem neruorum uisiuorum. Nam temporibus destructis, uirtus uisiua ad ocu-

lum

lum à cerebro deferri non poteſt, ut patet per Philoſophum in libro De ſenſu & ſenſato.

Quæritur, quare oculus ſit clarus & politus, inſtar ſpeculi?

Reſpondetur, quia res uiſibiles reuerberãtur melius ſuper rem terſam & politam. Ergo oculus eſt politus, ut ex hoc uiſus confortetur. Secundo reſpondetur, quia oculus eſt maximè humidus, inter omnes partes corporis, & aquaticæ naturæ. Modò ſicut aqua eſt clarè & bene polita, ita & oculus.

Quæritur, quare homines habentes profundos oculos, acutè & longinquè uident, & similiter alia animalia?

Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem, ſecundo de generatione animalium, Quia uirtus uiſiua in eis non diſpergitur, ſed procedit diametro ad rem uiſam. Et hoc declaratur in ſimili. Quia quando aliquis ſtat in profunda fouea, aut in fonte profundo, ſtellas cœli & firmamenti in clara die ſpeculatur, ut dicit Ariſto. in Tractatu De forma ſpeculi, quia tunc uirtus uiſiua & radij non diſpergũtur.

Quæritur, quare homines habẽtes altos oculos, & nõ profundos, indeterminatè uident, & malè?

Reſpondetur per Ariſtotelem, Quia radij qui tranſeunt ad uiſum, diſperguntur ad latus, & non directè procedunt ad rem uiſam: Ergo uiſum debilitant.

Quæritur, quare multa animalia naſcuntur cæca ſicut catuli Leonum & Canes?

Reſpondetur, quia talia animalia non ſunt ad huc perfectæ maturitatis, & in eis non operatur fluxus nutrimenti. Et hoc declaratur in ſimili, de hirundinibus, ut ſi illis in nido auferātur oculi, alij recreſcunt eis: & hoc patet in multis alijs animalibus, quæ etiam immaturè generantur, quaſi mortua, ut catuli, urſi: et iſta ratio eſt magis perſpectiua, quàm naturalis materia.

Quæritur, quare oculi Mulieris menſtruoſi inficiunt ſpeculum nouum? ut dicit Ariſtoteles in libro de Somno & Vigilia. Et conſimile Problema eſt illud:

Quare baſiliſcus interficit homines uiſu?

Ad primum reſpondetur, quòd per talem modum, quia quando menſtrua fluunt de muliere, tūc aer uenenoſiſſimus reſoluitur ab ea, qui aſcendit caput mulieris, et ipſa multum dolens cooperit ipſum multis uelis & retijs: & quia oculi ſunt poris ple-

pleni, ergo petit ibi exitum, & sic inficit oculos, qui pleni sunt sanguine, & apparent in eis oculi guttosi & lachrymosi, propter malum uaporem in eis existentem, & illi euaporantur, et multiplicantur usq; ad obiectum speculi. Et quia tale speculum est multum solidum, mundum et politum, et ergo facile immundum accipit.

Ad secundum respondetur, quod basiliscus est animal multum uenenosum, & per oculos illius uapores uenenosi exeunt, & multiplicantur usq; ad rem uisam, & usq; ad oculum hominis: qui uapores uenenosi, seu humores, intrantes corpora inficiunt, & tandem homo interficitur. Et hæc ratio est, quare basiliscus respiciens clypeum cum bitumine perfectè factum, aut aliam rem firmam et politam, interficit seipsum: Quia ab ista re polita et solida, isti humores reflectuntur & percutiuntur usq; ad basiliscum, ex qua percußione interficitur. Et similiter est dicendū de muliere menstruosa. Correlatiuum est, quòd quædam uetulæ, quando tempore menstrui inspiciunt specula, aut alias res solidas uel firmas, seipsas lædūt & offendunt.

Quare scintillatio oculorum in catis & lupis, non apparet in luce, sed in tenebris?

Respondetur, quòd in luce maius lumen obfuscat & extinguit minus lumen, sic, quòd tunc extraneus color apparet scintillare, quamuis habent aliquam materiam lucis, per quam tempore tenebrositatis apparent splendidi, ex quo est corpus politum, & sic illa materia lucis quodammodo obfuscatur in die ita, quòd non apparet splendida, sed magis colorata, propter lucis obfuscationem. Vnde quantò magis sunt tenebræ, tantò plus talis natura lucis, quæ est in obiecto uisibili, fortificatur, quia tantò minus impeditur per maius lumen extrinsecum, quo posset obfuscari.

Quare homo se uidens in speculo, mox obliuiscitur suæ dispositionis, & non scit qualiter sit dispositus?

Respondetur in Libro de Forma speculi, quod idolum uisum per speculum debiliter & reflexè repræsentat se potentiæ uisiuæ, & ex quo debiliter se repræsentat, tunc debiliter apprehenditur, & per consequens, non diu retinetur.

Quare uisus recreatur per uiridem colorem ut patet per uersum istum?

Fons, speculum, gramen, oculis dant alleuiamen:

Respondetur, quòd uiridis color mediocriter mo-

mouet organum uisus, & ideo confortat uisum, hoc autem nõ facit color albus, uel niger, quia isti fortiter mouent & mutant organũ uisus, ideo plus faciunt uiolentiam, cuius ratio est, quia magis tendunt ad excellentiam seu uiolentiam. Sed quantò sensibile est magis excellens, tantò magis destruit & debilitat sensum. Vt patet per Aristotelem secundo de Anima, qui dicit: Quod sensibile excellens corrumpit sensum.

DE NASO.

QVæritur, quare nasus excedat ultrà alias partes capitis?

Respondetur dupliciter: Primo quia nasus est quasi cloaca cerebri, per quam phlegma cerebri expurgatur. Ergo excedit alia membra, ne immundicia maculentur.

Aliter respondetur secundum Constantinum, Quia nasus est maximè decor faciei eminens seu splendens, cum naturaliter odorat, & faciem decorat, ut testatur Boëtius in libro de Disciplina Scholastica.

Quare homo inter cætera animalia habet malum & turpissimum olfactum seu odoratum, ut patet Secundo de Anima.

Re-

Respondetur per Commentatorem ibidem, Quòd homo inter cætera animalia, quo ad sui quantitatem, habet cerebrum humidum & frigidissimum. Et ergo ex tali excellenti humido & frigido, cerebrum non disponitur: & per consequens olfactus organo nō disposito, impeditur sensatio, ut patet per Aristotelem & Themistium Libro de anima: Ergo quidam homines omnino non odorant, & hoc est signum malæ sensationis, &c.

Quare Vultures (ut uult cōmentator secundo de Anima,) optimè odorant?

Respondetur, quòd habēt cerebrum ualde siccum, & ergo aër deferens odorem, non impeditur ab humiditate cerebri, sed subito tangit suum organum. Et ergo dicit commētator super Tertium de Anima. Quòd uultures & Tygrides, & alia animalia, prælio facto in Græcia, uenerunt à quingentis miliaribus ad cadauera mortuorum.

Quare Natura fecit nares?

Respondetur propter triplicem utilitatem.

Primo, quia clauso ore inspiramus per nares, in refrigerium cordis. Secunda utilitas est, quia aër procedens ex ore fœtet: quia fumi stomachi sunt ei adiuncti, sed aer respirans ad nares minus

fœtet. Tertia est, quia phlegma procedens de cerebro, per nares purgatur.

Quare homines sternutant?

Respondetur, ut uirtus expulsiua & uisiua per hoc purgetur, & cerebrum à sua superfluitate purgetur. Quia sicut pulmo purgatur per tussim: sic uirtus uisiua, & cerebrum per sternutationem. Etiam qui sternutat frequenter, dicitur habere forte cerebrũ. Et ergo Medici sternutatoriũ dant ut purgetur cerebrum. Et qui dolent non potentes sternutare, cito moriũtur, quia signum est, quod cerebrum est totum impletum malis humoribus, qui non possunt expurgari.

Quare Apoplectici, id est, in quibus sanguis cito effunditur, non possunt sternutare?

Respondetur, quòd meatus seu uentriculi cerebri sunt eis oppilati et obturati, et si poßēt sternutare, forté apoplexia solueretur.

Quare calor solis prouocat sternutationem, et non calor ignis?

Respondetur, quòd calor solis tantum resoluit, et non consumit. Ergo uapor resolutus expellitur per sternutationem. Sed calor ignis resoluit et consumit, et ergo magis consumit sternũtationem quàm prouocat.

ARISTOTELIS.

DE AVRIBVS.

QVæritur, quare omne animal mouet aures præter hominem?

Respondetur per Aristotelem, quòd quidam musculus est circa mandibulam in homine, qui prohibet motum in auribus, & ergo eo extenso, homines mouent aures, ut uisum est in pluribus hominibus, sed alia animalia illo carent, ergo aures suas mouent.

Quare ex erectione auricularum asini, pluuia prænoscitur.

Respondetur, quia asinus est animal ualde melancholicum, & ex melancholia est sentiens pluuiam futuram. Modò tempore pluuioso aures omnium animalium eriguntur, ergo asinus sentiens pluuiam futuram, aures erigit.

Quare auiculæ non habent aures?

Respondetur per Aristotelem. Quòd ideo est, quia natura dat unicuiq; quod sibi congruum est, sed si dedisset auibus aures, impedirent eas in uolatu. Similiter: Pisces carent auribus, propter natationem, & solū habent paruas foueas & poros, per quos audiunt, ut declarat Aristoteles de boue marino.

Quare uespertiliones aures habent, cùm tamen uidentur esse aues?

Respondetur quòd partim habent naturam auicularum in uolando, ratione cuius habẽt alas, & partim habent naturã quadrupedum, eò quòd sunt pilosæ, quia mures sunt, ideo natura sagax disposuit eis auriculas.

Quare homo inter cætera animalia habet aures rotundas?

Respondetur, quia figura totius, & figura partium in toto proportionantur, & maximè inter homogenea. Quia sicut una gutta aquæ rotunda est, ita & tota aqua, ut probat Ioannes de Sacro Busto in Sphæra materiali. Sed quia caput hominis est maximè rotundum, ergo & aures declinant se ad eandem formam siue figuram. Sed capita aliorum animalium ualde sunt oblonga, ergo et aures exinde prolongantur.

Quare Natura formauit aures ipsis animalibus?

Respondetur, quòd fecit propter duo. Primò, ut animalia per aures audirent, & ut res audibiles pertingerent ad pelliculam auris.

Secundo, quia per aures caput purgatur à cholerica superfluitate. Sicut enim caput purgatur

per nasum à phlegmatica superfluitate, sic per aures à superfluitate cholerica.

DE ORE.

QVare os habet labia ipsum circumstantia? Respondetur secundum Constantinum. Quia labia tegunt & muniunt dentes: quia non esset pulchrum semper dentes apparere. Aliter respondetur, quòd dentes sunt frigidæ naturæ, & ergo citius læderentur ab exteriori, si per labia non tegerentur. Sed tamen alia potest esse ratio euidentior, quæ est moralis, scilicet, quòd homo debet se moderari in loquendo, &c.

Quare homo habet duas aures & unum os, & similiter duos oculos?

Respondetur, quòd hoc est ex ista causa, scilicet quòd homo esset prouidus tam in uidendo, quàm in loquendo, & copiosior in audiendo, ut sapientior sit. Quia ut dicit Aristoteles, Sensus auditus, est sensus disciplinæ. Et de uisu dicit. Quòd sensus uisus multarum rerum nobis differentias ostendit. Et cum illo concordat Seneca, dicens: Duas aures à natura recipimus, & tantum unum os, & ideo Natura sagax aures fecit patentes: Linguam uerò duplici clausula circumdedit, scilicet labijs & dentibus.

Quare homo habet os?

Respondetur, propter multas utilitates. Prima: Quia os est ostium stomachi. Secunda: Quia cibus in ore masticatur, et præparatur ad primam digestionem. Quamuis Auicenna uoluit, quòd secunda digestio fieret in ore. Tertia: Quia in concauo oris aer inspiratus, pro cordis refrigerio subtilior redditur, & propter alias multas causas, quæ postea patebunt.

Quare labia sunt mobilia?

Respõdetur. Quòd hoc fit propter formationẽ uocis. Quia sine ipsis uox perfectè formari nõ potest. Nã sicut sine istis literis, a, b, f, p, uoces literales nõ possunt formari, ita nec ipsæ sine labijs.

Quare homo oscitat?

Respondetur secundum Glossam Vltimæ Particulæ Aphorismorum Hippocratis: Quòd hoc fit aliquando à tædio, ut cùm homo sedet cum ignotis, quibus libenter careret.

Secundo fit oscitatio ex fumis craßis, replentibus maxillas, ex quorum expulsione fit maxillarũ extensio & oris apertio, & tunc fit oscitatio.

Quare homo uidens alium oscitare etiam oscitat?

Respondetur, quod hoc fit ex imaginatione. Et hoc declaratur ex simili, cùm asinus est animal ualde sensibile, ratione melancholiæ, quia superfluitates diu retinet, & nunquam urinaret uel comederet, nisi audiret alium urinare. Et sic etiam homo ex imaginatione oscitat, alio homine oscitante.

DE DENTIBVS.

Qvare soli dentes inter omnia animalium ossa, sentiunt sensu tactus?

Respondetur secundum Auicennam & Galenum. Vt poßint discernere inter calidum & frigidum, ipsis nociua, quibus non indigent alia ossa, quia utuntur illis cibis solum ad saporem.

Quare Viri habent plures dẽtes quàm mulieres?

Respondetur, quòd est propter multitudinem caloris & sanguinis, qui abundat in uiris plusquã in mulieribus.

Quare inter omnia ossa dentes crescunt usque ad finem uitæ?

Respondetur ex secundo de generatiõe, quod aliàs consumerentur masticando & molendo.

Quare inter omnia ossa soli dentes recrescunt eis ablatis, alia ossa ablata non recrescunt?

Per Aristotelem respondetur: Quod omnia alia

alia oſſa generantur ex humido radicali, et ſic generantur in utero matris, ſed dentes generantur ex humido nutrimentali, quod de die in diem renouatur et augetur.

Quare dentes anteriores in iuuenibus cadũt, et recreſcunt, et non molares?

Reſpondetur, quòd hoc eſt propter defectum materiæ et figuræ: Quia dentes anteriores ſunt acuti, et alij lati, ſcilicet poſteriores.

Aliter reſpondetur ſecundum Ariſtotelem in Secundo de generatione animalium: Quòd dentiũ anteriorum eſt præſcindere cibũ. Ergo ſunt acuti. Sed poſteriorum eſt, commedere et maſticare cibum, ergo habent figurã latã, quæ eſt ad hoc apta.

Quare dentes anteriores citius creſcunt?

Reſpondetur ex eo, quòd ipſis citius indigemus ſcindendo, quàm poſterioribus maſticando.

Quare in animalibus dentes in ſenectute nigreſcunt?

Reſpondetur, quòd hoc eſt ex putredine cibi, et corruptione phlegmatis, cum paruo humore cholerico, etc.

Quare dentes equi in iuuentute ſunt crocei coloris, et in ſenectute albeſcunt?

Respondetur per Aristotelem: Quòd equus abundat in humore aqueo, qui in iuuentute digeritur, & conuertitur in grossitatem, sed in senectute calor diminuitur, et remanet ibi aqueus humor, cuius proprius color est albedo.

Quare natura dedit animalibus dentes?

Respondetur per Aristotelem, Secundo de generatione Animalium. Quòd quibusdã dedit propter pugnare seu defendere uitam ipsorum, ut lupis, apris, quibusdam uerò propter uoracitatem ut leporibus, quibusdam uerò propter formationẽ uocis, ut hominibus, ut patet per Commentatorem in Libris de Anima.

Quare animalia cornuta carent dentibus in superiori mandibula?

Respondetur secundum Aristotelem in Libro de Animalibus: Quòd eadem est materia cornuum & dentium scilicet humidum nutrimentale. Ergo materia, quæ transit in cornua, non transit in dentes, & sic deficiunt dentes in superiori mandibula. Et talia animalia, secundum Aristotelem, nõ possunt bene masticare cibum. Vnde propter defectum dentium, ex consequenti habent duos stomachos. Igitur sequitur correlatiuè, quòd bis ma

sticant

ſticant cibum. Vnde primo mittunt cibum in primum uentrẽ, noctu autem reciprocãt ruminando.

Quare quædam animalia naſcuntur cum dentibus, ut hædi, & agnelli, & quædam ſine dentibus ut homines?

Reſpondetur, quòd natura non deficit in neceſſarijs, nec abundat in ſuperfluis, ut patet Tertio de Anima. Ergo ex quo iſta animalia ſtatim poſt exitum uentris indigent dẽtibus, ideo naſcuntur cum dentibus. Sed homines mammillis matris nutriũtur ad tẽpus, ideo dẽtibus ad tempus carẽt.

Quare auiculæ non habent dentes?

Reſpondetur, quòd materia dentium tranſit in roſtrum. Ergo digeſtio eſt in eis.

Vel aliter reſpondetur. Quamuis dentibus nõ maſticant, tamen per inſtrumenta ipſorum maſticant.

DE LINGVA.

QVare Lingua eſt poris plena?

Reſpondetur per Ariſtotelem Secundo De Anima: Quòd lingua eſt medium guſtus, & per os in poros linguæ ſapor peruenit ad ſenſum guſtus.

Aliter reſpõdetur, quòd ſaliua ſpumalis dirigitur ad os per linguã à pulmone, madefaciendo ci

bum, ad primam digestionem præparãdo. Et ergo lingua est poris plena, et ut saliua per eam exeat.

Quare lingua febricitantiũ oĩa iudicat amara?

Respondetur Medicè, Quia stomachus corporis ipsorum est repletus cholerico humore, et cholera est maximè amara, ut patet ex felle. Ergo fumus amarus inficit linguam. Quapropter lingua impleta saporibus iudicat eos amaros, quamuis amaritudo non sit in cibis, sed in lingua.

Quare nobis audientibus acida nominare, lingua aquescit?

Respondetur, Quod uirtus imaginatiua, est superior uirtute gustatiua, et cùm imaginamur aliquem saporem, tunc ipsum concipimus mediante uirtute gustatiua. Quia nihil gustu percipitur, nisi mediante saliua. Ergo tunc lingua aquescit.

Quare aliqui sunt trauli, aliqui blæsi, et balbutientes?

Respondetur quod hoc est pluribus de causis, aliquando scilicet propter linguæ et cerebri humectationem, ut in Pueris, qui defectuosi sunt in lingua, ut patet in proferendis multis literis. Secũdò, hoc est propter extractionem neruorum ex phlegmate, quia tales sunt nerui euntes ad linguas,

guas, qui nerui corrupti ſunt.

Quare linguæ Serpentum, & canum rabidorũ ſunt uenenoſæ?

Reſpondetur propter maliciam, & fumoſitatem humoris uenenoſi, in eis prædominantis.

Quare lingua canis eſt medicinæ apta, et è cõuerſo equi eſt peſtilens?

Reſpondetur, quòd hoc eſt ex aliqua proprietate occulta. Poteſt dici quòd ideo, quia lingua canis eſt multum poris plena, & ſic in ſe attrahit, et tollit uiſcoſitates uulneris. Alij dicunt, quòd canis ex natura habet quoſdam humores in lingua, quibus ſanat lingendo, oppoſitũ eſt de equo.

Quare ſaliua eſt alba?

Reſpondetur, hoc eſt ex cõtinuo motu linguæ, quia in continuo motu generatur calor, qui dealbat iſtam ſuperfluitatem, quæ eſt ſaliua, ut patet in ſpuma aquarum.

Quare ſaliua eſt inſipida?

Reſpondetur, ſi haberet determinatum ſaporem, tunc lingua non ſaperet, quia ſolummodo haberet ſaporem ſaliuæ, et ſic alios ſapores apprehendere non poſſet.

Quare ſaliua ieiuni ſanat Apoſtema.

Reſpondetur ſecundum Auicennam. Quia eſt benè digeſta & ſubtilis reddita.

Quare aliqui homines abundant multum ſaliua præ alijs?

Reſpondetur ſecundū Medicos, quòd hoc propter phlegmaticam complexionem fit, quæ in illis prædominatur. Et ideo Medici dicunt, quòd abundans ſaliua debet ſibi cauere à quotidiana febre, ſurgente ex dominatione phlegmatis. Per oppoſitum eſt de illis, qui deficiunt ſaliua, quia calor in eis ſuperabundat, qui conſumit humidum ſaliuæ. Et ergo defectus ſaliuæ eſt ſignum febris.

Quare ſaliua hominis ieiuni eſt ſubtilior & albior, quàm ſaliua hominis ſaturati?

Reſpondetur, quòd illa ſaliua eſt ſine uiſcoſitate cibi, quæ ſolet ingroſſare ipſam ſaliuam hominis pleni.

Quæritur, unde prouenit ſaliua hominis?

Reſpondetur, quod prouenit á ſpumis ipſius pulmonis, ubi ſecundum Medicos eſt ſedes phlegmatis.

Quare animalia multum coeuntia, ut apri, ſunt multum ſputoſa?

Reſpondetur, quòd tunc pulmo & cor ſunt in maxi-

maximo motu libidinis. Ergo generatur in eis multum de materia ſputoſa.

Quare auiculæ non habent ſaliuam?

Reſpondetur, ſecundum Ariſtotelem, in libris De animalibus. Quia habent pulmonem ualde ſiccum. Ergo non habent ſputum.

Quare Epileptici, id eſt, qui ſubmerguntur proprio ſanguine, & caduci putreſcunt?

Reſpondetur ſecundum Medicos. Quia materia peccans eſt in cerebro: ſed ſi uomit, tunc materia peccans eſt in ſtomacho: ſed ſi multũ mingunt tunc materia peccans eſt in uijs urinæ: ſed ſi ſperma habere incipiant, tũc eſt in uaſis ſeminalibus, & ergo Medici ſecundum hoc faciunt euacuare materiam.

Quare lingua aliquando perdit uſum loquendi?

Reſpondetur ex Vltima Particula Aphoriſmorum Hipocratis. Quòd ex Paralyſi, uel Apoplexia, id eſt, ex ſubita ſanguinis effuſione hoc euenit, ſcilicet de humore craſſo. Et etiam aliquando ex infectione ſpiritus animalis, in media cella cerebri, qui non mittitur ad linguam, et per uocis expreſsionem uariæ paſsionis actus declarant, ut patet in Gloſſa ibidem, & hoc intendit Galenus.

DE

ARISTOTELIS DE PALATO.

QVare fructus ante maturationem sunt insipidi uel amari, & post maturationem sunt dulces?

Respondetur quòd sapor insipidus causatur ex frigiditate, & defectu caloris in humido & crasso. Sed sapor dulcis, causatur ex sufficienti calore. Vnde in fructibus maturis humidum est subtile, & per calorem Solis subtile redditum, ideo sanè frequenter fructus tunc sunt dulces. Sed ante maturationem, humidum est adhuc crassum, et non subtile redditum à calore Solis: Ergo tunc fructus sunt amari.

Quæritur, quare magìs delectamur dulci sapore, quàm amaro, uel alio?

Respondetur, quia natura iocunda delectatur dulcedine. Ratio: Quia dulce est calidum & humidum, & per caliditatē humiditates superfluas dissoluit, & per humiditatem abluitur immundicia. Sed sapor acetosus, siue stipticus, uel pōticus propter frigus in ipso prædominans, nimium constringit, & pungit, & membra offendit in purgatione. Ergo non delectamur illo sapore, quia Medici uolunt, quòd homines in æstate, & in uehemen-

menti calore non debent comedere aliquid amarum. Ratio est, quia amaritudo generat calorem. Sed solummodo in Hyeme debemus comedere amara. Ergo dicit Aristoteles in Libro de Nutrimento & Nutribili. Quod dulce est amicum naturæ & maximè nutrit.

Quæritur, quare sapor acetosus plus incitat ad appetitum, quàm alius?

Respōdetur, quòd sapor acetosus est frigidus, & frigefacit. Modo frigidi est appetere, & attrahere, & ideo causa appetitus. Notū est, quod nouē sunt species saporum, quorum tres sunt à calore, & tres à frigore, & tres à temperato medio.

Quæritur, quare de spiritu aereo plus attrahitur, quàm emittitur.

Respondetur per Aristotelem ad Alexandrū Magnum, in libro de motu Cordis. Quòd multæ partes aeris inspirantur, & pertranseunt nutrimentum, cùm spiritibus uitalibus inter pulmonem continentur. Et ergo tam diu animal non suffocatur, quamdiu aerem in pulmone percipit, & sic pars aliqua in ea continetur.

Quæritur, quare aer expiratus & expulsus uideatur, cum tamen aer per se sit inuisibilis, propter sui raritatem?

Respondetur, quia aer inspiratus admiscetur fumositatibus ipsius cordis, ratione quarum efficitur crassus, & sic uidetur. Cuius experientia est, quia tempore hyemali maximè uidemus anhelitũ. Quia frigus aeris constringit anhelitum mixtum fumositatibus, & sic ingrossatur, & cõdensatur, & per consequens uidetur.

Quæritur, quare aliqui homines habent fœtidum anhelitum?

Respondetur secundum Medicos: Quòd aliquãdo fit propter malas fumositates stomachi: aliquando propter corruptionem spiritaliũ membrorum, ut pulmonis. Ergo anhelitus leprosorum est infectus, quod inficit auiculas propinquas, quia interiora ipsorum sunt maximè corrupta, ut patet ex definitione à Cõstantino data. Quia lepra est nutrimentũ omniũ mẽbrorũ cũ putrefactiõe eorũdẽ, et incipit in sanguine, et terminatur ĩ mẽbris.

Quæritur, quare leprosi sunt rauci?

Respondetur, quòd ideo, quia in eis instrumẽta uocalia sunt corrupta, scilicet pulmo, &c.

Quæritur, quare homines raucescunt?

Respondetur, quòd propter rheuma descendens de cerebro, replens canalia pulmonis, uel aliquan-

liquando ex apostematibus in gutture, uel rheumate in collo congregato.

Quæritur quare omnes fœmellæ inter omnia animalia, graciliores et subtiliores habent uoces, quàm Viri, dempta sola uacca?

Respondetur secundum Aristotelem in quinto De generatione animalium, quòd propter constrictionem uiarum, & arteriarum uocalium, id est, ubi aer intrat, per quas formatur, ut patet in simili. Quia fistula parua acutius sonat, quàm maior. Sic etiam est in mulieribus, quòd uia uocalis propter frigiditatē constringitur & arctatur. Quia frigidi est constringere, sed in uiris illa uia, ex calore uiri aperitur & ampliatur, & ergo in uiris grauius sonat. Quia caloris est, aperire, seu dissoluere. Etiā dicitur, quòd mulieres habēt uoces molliores propter humiditatē pulmonis: et propter debilitatē caloris. Etiā iuuenes, et infirmi, eadem de causa habent acutas uoces. Et est causa naturalis quare masculus ī prīcipio suæ natiuitatis profert a, i, uocē craßiorē, sed fœmella profert e, i, uocem leuiorē, ut uult Laberintus, cū dicit masculus, etc.

Quæritur, quare in uiris & mulieribus uox mutatur tempore pubertatis, & ista mutatio maxi-

maxime contingit tempore ſpermatis in uiris & tempore creſcendi mamillarum in mulieribus? Vt dicit Ariſtoteles in Libro de animalibus.

Reſpondetur per eundem: Quia tunc remittitur principium uocis ſeu relaxatur. Et hoc declarat in ſimili de chorda remiſſa, quæ grauiter ſonat. Etiam declarat ex alio, quia animalia caſtrata, ut capones, ſpadones & eunuchi, habent uoces molliores, propter priuationes teſticulorum.

Quæritur, quare homines rauceſcunt inſpectione luporum?

Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem: Quia lupus eſt animal ualde & maximè frigidum in cerebro: unde habet caput graue. Si ergo uidentium hominum ſpiritus uiſibilis dirigitur ad eum, tunc attrahit aliquid de frigiditate ad pectus, modò ex illa frigiditate pectus cõſtringitur, ubi ſunt inſtrumenta uocalia. Quia lupus non poteſt dirigere alias fumoſitates, ſed expirantur ab eo in aërem, & ſic ille aër circumſtans inficitur ab illo, & ſic uſque ad hominem peruenit, & tunc ille aër ſic infectus ab homine attrahitur, & facit eum raucũ. Etiam dicitur, quòd lupus eſt animal multum uorax, ut patet in libris De animalibus, quia auidè

ſumit

sumit cibum, & comedit una uice tantum, quantū sufficiat per tres dies. Et sic lupus aperiens os suū emittit humores crudos, et crassos, & indigestos, à quibus aer inficitur propinquus, qui aerem aliū iterum inficit, et sic deinceps, donec perueniat ad hominem, quo inspirato homo inficitur, eodem modo sicut basiliscus, qui emittit humores uenenosos oculis, homines inficientes.

Quæritur, quare homine lupum inspiciente, lupus non raucescit?

Respondetur, quia homo non est ita maliciosus & frigidus, ut lupus. Et propter similem rationem mouetur hic tale Problema.

Quare interfectus interfectore præsente, sanguinescit?

Respondetur, quod hoc est opus diuinum non naturale, quia sanguis clamat uindictā contra interfectorem. Sed tamen si esset aliqua naturalis causa, maximè esset ista, quòd perpetrator huius sceleris recolens, maxime dolet pœnitētia ductus, & sic maximè æstuat, propter fortem imaginationem, quā de eo habet, sic quòd omnes spiritus eius ebulliunt, & sic ad instrumenta uisus accedunt, & ibi exeunt per radios uisuales oculorum, usq; ad

facta scilicet uulnera, quæ si recentia fuerint, sanguinem emittunt.

Secundo, hoc fit cum iuuamine aeris inspirati sic, quòd talis aer expiratur per uulnus, educens sanguinem. Et simile est de oculo menstruoso, ubi postea macula apparet, dummodo per eum speculum est infectum. Sed alij dicunt, quòd hoc fit à natura communi ad manifestandum homicidium.

Quæritur, quare paruæ auiculæ plus uociferant & cantant, quàm magnæ? ut patet sensibiliter de alauda & philomela?

Respondetur per Aristotelem. Quòd spiritus paruarum auium est leuior & mollior, quàm magnarum. Ergo paruæ auiculæ faciliter procedunt in quodcunque desiderium, & sic frequenter cantant.

Quæritur, quare Masculi plus cantant, quam fœmellæ, ut patet in omnibus animalibus?

Respondetur, hoc est propter desiderium coitus. Et ergo secundum Constantinum, in libro de Coitu dicitur: Quòd tunc spiritus maximè mouetur in corpore, & fit appetitus coitus.

Etiam respondetur, quòd generaliter loquendo de quolibet animali, Fœmellæ sunt frigidiores quàm masculi.

Quæritur, quare apes, uespæ, muscæ, & locustæ, & multa talia animalia uociferantur, cum nō habent pulmonem, nec instrumenta uocis?

Respondetur secundum Aristotelem in Libro de Inspiratione & Respiratione, quòd in eis est quædam pellicula, ad quā spiritus pulsans facit talem sonum, & ergo mirabiliter sonat talis sonus.

Quæritur, quare pisces non uociferant?

Respondetur secundum Aristotelem Secundo de Anima: Quia Pisces non habent pulmonem, sed solum branchas, nec etiam cor, ergo non indigent inspiratione aeris, & per consequens non uociferant. Quia secundum Aristotelem Secundo de anima: Vox est percußio aeris inspirati.

DE COLLO.

QVæritur, quare animal habet collum?

Respondetur secundum Aristotelem in libris de Animalibus, quòd collum est sustentamentum capitis. Vnde secundum ipsum: Collum est medium inter caput & corpus, ut patet per ipsum, & eius ceruices & neruos, tanquàm per uias medias, motus & sensus corporis translegantur, & per ipsum, tanquam per quandam distantiam, cor maxime calidum à cerebro elongatur.

Quæritur, quare aliqua animalia carent collo, ut pisces, serpentes, & alia reptilia?

Respondetur, quia talia animalia carent corde: Ergo indigent tali distãtia, de qua dictum est.

Aliter respondetur, quod in imo habent collum sed non est distinctum à corde & capite.

Quæritur quare collum sit osseum?

Respondetur secundum Aristotelem. Vt eò fortius posset caput sustentare. Etiam ideo, quia spina dorsi, in collo coniungitur cerebro, & inde recipit medullã, quæ est eiusdẽ substãtiæ cũ cerebro.

Quæritur, quare quædã animalia habent longa colla, ut grues, & ciconiæ, & sic de alijs?

Respondetur secundum Aristotelem. Quia talia animalia requirunt sua nutrimenta in profundo aquarum, ergo indigent longis collis. Sic etiam quædam animalia habent breuia colla, ut nisus, & accipiter, quia talia animalia sunt rapacia. Ergo propter fortitudinẽ breui collo indigent. Vt etiã patet de boue, qui est breuis colli, & ergo fortis.

Quæritur, quare collum sit concauum, et maxime in anteriori parte circa linguam?

Respondetur, Quia ibi sunt duo meatus, unus deferens cibum ad membra nutritiua, ut ad stomachum

chum & ad hepar. Et talis, ſecundum Medicos, dicitur Oeſophagus, à φάγειν Græcè, quod eſt comedere Latinè.

Quare arteria uocalis ſit annuloſa?

Reſpõdetur, quòd eſt propter flexibilitatem, quæ producit bonam reſonantiam.

Quare pullus decollatus diu mouetur, & homo decollatus ſtatim immobilis eſt?

Reſpondetur, quòd pullus et ſimilia animalia, habent neruos ſtrictos, & ſic in eis ſpiritus motiuus moratur diutius poſt decollationem. Sed homines, & ſimilia animalia habent neruos longos & amplos, & ergo ſpiritus ab ipſis cito recedit, & per conſequens non poſſunt mouere corpus.

DE HVMERIS, ET BRACHIIS.

Qvare homo habet humeros & brachia?

Reſpondetur ſecundũ Ariſtotelem in Libro De animalibus. Quòd propter delationem & portationem oneris.

Quare brachia ſunt rotunda?

Reſpondetur, quòd hoc eſt propter maiorem uelocitatem motus & operationis. Quia talis figura motui eſt apta, ut patet per Ariſtotelem primo De cœlo.

Quare brachia ſunt ualde craſſa?

Reſpondetur per Ariſtotelem. Quòd hoc eſt propter fortitudinem ad leuandum & ad portandum onera, etiam ad contingendum ſeu pugillandum. Sic etiam oſſa eorum ſunt ualde craſſa, quia ibi eſt multum de medulla ſeu materia medulloſa, ne cito corrũpãtur brachia. Sed medulla in paruis oßibus nõ poteſt cõtineri ita bene, ſicut ĩ magnis.

Quare dolentes uel infirmi denudant, uel tegunt brachia, & etiam laborantes in agone?

Reſpondetur ſecundum Hippocratem in libro Prognoſticorum: Quod in talibus mors eſt propinqua & eſt ſignum mortis, quia ibi eſt dolor maximus, qui facit brachiorum denudationem.

Quare in aliquibus infirmantibus brachia gracilia fiunt id eſt, ſubtilia redduntur, ut in Hydropicis, & phreneticis?

Reſpondetur ſecundum Medicos: Quia membra ſibi compatiuntur, & ergo uno dolente, omnes humores ibi concurrunt in doloribus prædictis: Nam capite dolente, humores brachiorũ currunt ad caput, & brachia gracilia fiunt.

Quare animalia bruta non habent brachia?

Reſpondetur, quòd habent anteriores pedes loco

loco brachiorum, uel pro brachijs.

Aliter respondetur, & melius, quia omnia animalia habent organa aliqua ad pugnandum, & ad se defendendum. Vt Lupus habet dentes, uacca cornua: equi pedes posteriores: uolatilia rostra, et alas, sed solus homo habet brachia ad pugnãdum.

DE MANIBVS.

QVare solus homo habet manus, & animal ei simile, ut simia?

Respondetur, quòd manus est organum organorum, ut dicit Aristoteles de Anima, quibus maximè homo indiget. Quia multæ sunt operatiões, quæ per manus fiunt & non per alia organa.

Quare aliqui sunt ambidextri, id est, utentes utraq; manu pro dextra.

Respondetur, quòd est propter multitudinem caloris cordis, & propter sufflationem eius calidam, qui facit sinistram ita habilem sicut dextrã, & ergo tales homines sunt proculdubio bonæ complexionis.

Quare Mulieres non sunt ambidextræ, sicut Viri, ut dicit Hippocrates circa Vltimam Particulam Aphorismorum, circa finem.

Respondetur secundum Galenum, Quod hoc

eſt ideo, quia calidiſsima mulier ſana, frigidior eſt frigidiſsimo uiro ſano. Et dicitur inſignitè ſana, quia ſi febricitaret, tunc dictum eſſet uerum, quia in tali caſu mulier calidior eſſet Viro caliditate accidentali.

Quare digiti ſunt articuloſi?

Reſpondetur ſecundum Ariſtotelem in libris de Animalibus. Quòd propter aptitudinem ad recipiendum, & ad tenendum receptum.

Quare quilibet digitus tres habet iuncturas ſeu articulos, & pollex tantum duas?

Reſpondetur, quòd pollex etiam habet tres articulos ſeu iuncturas, ſed tertius iungitur brachio. Et ergo fortior eſt quàm alij digiti, ut patet ex nomine, quia dicitur pollex, à polleo. Quia ſecundum Ariſtotelem, maioris eſt uirtutis, cum etiam maior ſit in quantitate.

Quare digiti dextræ manus ſunt ſubtiliores, quàm ſiniſtræ, ut uult Aegidius?

Reſpõdetur, quòd propter calorem in tali parte dominantem, qui facit maiorem ſubtilitatem.

Quare digiti ſunt craſsiores ante cibum quàm poſt, ut dicit Albertus?

Reſpondetur ſecundum omnes Medicos: Quòd ho-

homo ieiunus, repletus est malis humoribus, & fumositatibus diuersis, quæ ingrossant omnia membra, etiam digitos, sed cùm illi humores sunt per cibum expulsi, sic digiti magis graciles fiunt. Et eadem de causa homo ieiunus est grauior, quàm homo cibatus, ut patet expreßè de ieiunantibus. Et potest reddi melior ratio, quia post cibum calor à membris exterioribus delegatur ad interiora, propter digestionem cibi, & ergo membra exteriora gracilia redduntur, sed post digestionem cibi è conuerso dirigitur ad membra exteriora, et tunc ingrossantur.

Quare aliqui homines sunt magis habiles in sinistra manu, quàm in dextra, ad aliquod opus faciendum?

Respondetur, quia in illis cor non influere facit dextro lateri calorem, sed plus sinistro, & etiam operatur in sinistra manu subtilitatem & gracilitatem.

DE VNGVIBVS.

QVæritur, unde generantur ungues?

Respondetur secundũ Galenum, in commento Prognosticorũ. Quòd ex fumositatibus resolutis, ingredientibus extremitates digitorũ, quæ

in aere exteriori exiccātur, & ī cornu reducūtur. Quare ungues Senum nigrescunt, & pallescunt?

Respondetur, quia tandem calor cordis deficit, quo deficiente, ipsorum pulchritudo deficit.

Quare homines iudicantur bonæ complexionis uel malæ, secundum dispositionem unguium?

Respondetur, quia ungues testantur de bonitate uel malicia cordis, ergo etiam complexionis. Quia si sunt rubei, testantur choleram bene temperatam, sed si aliquo modo sunt inclinati cum rubeo colore ad nigredinem, testantur sanguineam complexionem, sed si sunt crocei coloris uel nigri, testantur melancholiam.

Quare aliquando maculæ albæ apparent, siue generantur in unguibus?

Respondetur, quòd nutrimēta unguiū sunt diuersa reddita: q͂a aliqua pars phlegmatis est admixta, ergo ex tali phlegmate macula ista causatur.

Quare omne animal gradiens pedibus habet ungues, uel ungulas, uel aliquid proportionabile eis, ut patet in auiculis, solum curuos ungues habentibus, et in equis, quorum pedes subferrantur, & in alia regula secundum Aristotelem, quæ est uera exceptis natantibus, ut patet in ansere, uel

in

in anate, quæ carent huiusmodi unguibus? Quia naturaliter ungues sunt graues, & sic impedirent natationem. Et responsio sic potest elici ex dictis.

DE PECTORE.

Quare pectus est concauum?

Respondetur secundū Aristotelem. Quia ibi est sedes spiritalium membrorum, quæ membra sunt nobilissima, ut cor & pulmo, ut ergo ista custodiantur à læsione, necessarium est ut pectus sit concauum.

Quare homo inter omnia animalia habet latissimum pectus, ut dicit Aristoteles?

Respondetur, quòd spiritus in homine sunt debiliores & subtiliores, ergo requirunt regionem ampliorem, in qua possunt contineri, ut est pectus.

Quare pectora auicularum sunt rotunda & acuta?

Respondetur, quia sunt in continuo motu: Modò figura acuta & orbicularis motui est apta, ut patet Quarto Physicorum.

Quare ea quæ diligimus, trahimus ad pectus?

Respondetur, quòd prior locus cordis est sub pectore. Ergo illa quæ cor amat, ad pectus trahit, pro-

bit propter uicinitatem cordis, applicando amatum amanti.

QVARE Mulieres sunt breuioris pectoris, quàm Viri?

Respondetur, quia in uiris est caliditas, quæ naturaliter sursum mouetur, superiora uiri incrassando, & ea ampliando. Ergo magnum pectus est signum animositatis, ut patet per Aristotelem in Physiognomia, ubi declarat hoc de Leone & tauro. Sed ĩ mulieribus frigiditas dominatur, quæ naturaliter mouetur deorsum. Et ergo dicit Aristoteles, quòd mulieres frequenter cadunt supra culum, quia posteriora earum ingrossantur ex frigiditate descendente. Sed Vir frequenter cadit supra pectus, propter eius craßitiem.

DE MAMILLIS.

QVare mamillæ sunt positæ supra pectus?

Respondetur, quòd pectus est sedes cordis calidißimi, ergo ibi mamillæ generantur, ut menstruum ad eas missum, calori cordis uicinum, citius decoqueretur, & in materiam lactis conuerteretur.

Quare in alijs animalibus mamillæ sunt infra pectus, sed in muliere sunt supra pectus?

Re-

Respondetur, quia Mulier est bipes. Ergo mamillæ existentes infra pectus, impedirent eius transitum, sed alia animalia quatuor habent pedes, ergo ipsa non impediuntur in eorum transitu, uel motu progreßiuo.

Quare uiri non habent tam magnas mamillas, sicut Mulieres?

Respondetur, quia uiris non generantur menstrua, nec ibi est uas menstruo deputatum. Tamen dicit Aristoteles: Viri habent paruas mamillas, & mulieres paruos testiculos.

Quæritur, quæ mamillæ sunt magis ualentes pueris lactẽtib. an paruæ, uel magnæ, seu mediocres?

Respondetur, quòd in magnis calor est diffusus & dispersus. Ergo ibi non est bona digestio lactis, sed in paruis est unitus & fortis, cum omnis uirtus unita, est fortior seipsa dispersa, & per consequens, ibi est bona digestio lactis. Ergo paruæ sunt meliores quã magnæ, mediocres aũt sunt optimæ: Ex quo omne medium est optimum.

Quare tredecimo & decimoquarto anno mamillæ Iuuencularum incipiunt crescere & ingrossari, ut dicit Albertus?

Respondetur per Aristotelem De generatione

anima

animalium, quòd ideo, quia tunc puella efficitur pubes & menstrua incipiunt augeri in ea & fluere, ut dicit Aristoteles. Quia in eadem ætate puellarum crescunt mamillæ, & Virorum sperma.

Quare mamillæ mulierum generantium abortum, id est, puerum, qui egreditur mortuus ex utero matris, ut dicit Hippocrates in Secunda particula Aphorismorum, mollescunt?

Respondetur secundum Glossam ibidem, quia tunc menstruum nõ fluit ad mamillas, à quo fœtus deberet nutriri, ergo tunc mollescunt.

Quare Mulier imprægnata, concipiens masculum in utero, dextram mamillam habet duriorem, quàm sinistram?

Respondetur secundum Hippocratem, quia Masculi concipiuntur in dextro latere Matris. Ergo tunc menstruum fluit ad dextram mamillã, ipsam indurando.

Quare Mulieris imprægnatæ lac fluens de mamillis, significat debilitatem fœtus?

Respondetur secundum Aristotelem: Quia lac est proprium nutrimentum fœtus in utero. Et ergo quando lac fluit, signum est, quòd fœtus nõ nutritur, & ex hoc utiq; debilitatur.

Qua-

Quare dura mamilla indicat sanitatem in puero existente in utero?

Respondetur, quia menstruum conuertitur in lac, & tale lac sufficienter nutrit fœtum, & ex hoc arguitur eius fortitudo.

Quare Mulier habet tantum duas mamillas, & aliqua bruta, ut porca & canicula, habent decem uel plures?

Respondetur, quia frequenter Mulier concipit Masculum unum, uel Fœmellam, & huic sufficit una mamilla, uel duæ. Sed alia bruta habent multas scissuras, procreantes multos fœtus. Ergo habent mamillas, primo scilicet fœtui primam, secundo secundam, & sic de alijs per ordinem.

Quare tempore imprægnationis mamillæ sunt duræ, & alio tempore sunt molles?

Respondetur, quia tunc inflantur & tumescunt sicut uterus, quia multa humiditas menstrualis fluit ad eas, quæ alio tempore manet in matrice, & expellitur per locum deputatum.

Quæritur, per quem modum lac mamillarum uenit ad matricem?

Respondetur secundum Hippocratem, ubi supra: Quòd mamilla habet colligantiam cum matri-

trice, & quasdam uenas, quas abscindunt Obste-
trices, tempore partus, & per illas lac fluit ad umbilicum puerorum, & capiūt nutrimenta per umbilicum. Vnde aliqui dicūt, quòd Puer existens in utero nutritur per os, sed hoc falsum, quia si sic, tunc stercora emitteret etiam, sed hoc est falsum: quia non uidetur ubi dimittuntur illa stercora.

Quare lac egrediens de mamillis spissum & crassum, & non multum, & fluidum, est signum Masculi in utero, sed lac tenue, est Fœmellæ?

Respondetur, quia mulier gestans masculum, est fortioris caloris, qui digerit ipsum lac inspissando. Sed in Mulieribus habentibus Fœmellam, non est tantus calor. Ergo manet indigestum & aquosum et fluidū: supernatās si ponatur in aqua.

Quare Lac sit album, cum tamen menstruum sit rubeum, ex quo generatur?

Respondetur, quia sanguis non bene decoctus recipit formā albam, ut patet de carne, cuius proprius color est albus.

Aliter respondetur, quia quilibet humor, qui in tali membro generatur, alicui membro aßimilatur in colore, in quantum potest. Sed quia caro mamillarum est alba, ergo & humor lactis est albus.

Qua-

Quare uacca dat copiose lac, præ alijs animalibus?

Respondetur, quia uacca est animal multum uorax. Et ubi multum recipitur de nutrimento, ibi multum generatur de menstruo. Quia non est aliud nisi menstruum decoctum & dealbatum, ergo etiam in ea multum generatur de lacte.

Quare lac non sit sanū? ut dicit Hippocrates. secunda Particula Aphorismorum.

Respondetur secundum Glossam ibidem, quòd propter multas causas non est sanum. Prima, quia quandoq; coagulatur in stomacho, ex quo ulterius malus anhelitus generatur. Sed Hippocrates ponit remedium in loco allegato, dicens: Si tertia pars aquæ admisceatur lacti, tunc non est nociuū, & hoc intelligitur de aqua fluuiali. Alia causa, quia lac aliquando in stomacho acescit, & excoquitur, & iterum ex eo generātur mali humores, inficientes anhelitum.

Quare lac præsertim dolentibus caput, non ualet?

Respondetur secundum Hippocratem, ubi suprà, & secundum Glossam ibidem: Quia lac cito transit in multam fumositatem, & multum habet de materia terrestri, quæ fumositas ascendens, ipsum facit dolere.

Quare lac est conueniens nutrimentum infantibus & Pueris?

Respondetur, quia est naturalis eorum cibus et consuetus, quia etiam in utero nutriebantur tali cibo, ergo est eis conueniens.

Quare lacticinium tempore partus uaccarum sit bonum.

Respondetur, quia tunc lac est multũ spongiosum. Ergo tempore illo multas fumositates expellit, & quodammodo est purgatio illo tempore.

Quare lac in Mulieribus coeuntibus, destruit puerum lactentem?

Respõdetur secundum Aristotelem, in Libris de Animalibus. Quia tempore coitus subtilior & melior pars lactis uadit ad uasa seminalia, & ad matricem, et peior pars manet in mamillis, quæ destruit puerum.

Quare lac mulierũ fuscarum sit melius, quàm albarum?

Respondetur, quia fuscæ mulieres sunt calidiores alijs, & quia calor digerit nutrimentũ sufficienter, & sic lac melius fit.

Quare in eadem mensa simul comedere lac et pisces, sit prohibitum à Medicis?

Re-

Respondetur, quia maximè disponunt ad lepram: Quia ambo sunt phlegmaticæ naturæ, tam lac quàm pisces.

Quare auiculæ non habent lac atq; mamillas?

Respondetur, quia mamillæ impedirent eis uolatum. Etiam pisces non habent mamillas uel lac, quia ipsi emittunt lactes, ut dicit Aristoteles in libro de generatione animalium. Quia fœmella emittit polygranum, et masculus superaddit lactes: sic eorum species æternæ fiunt per successionem indiuiduorum.

DE DORSIS.

QVare animalia habent dorsa?

Respondetur per Aristotelē, propter tres causas. Prima, ut dorsum esset uia neruorū à spina dorsi extensorum per totum corpus, ut patet sufficienter in suspensis, quia quando sunt lacerati, tunc adhuc nerui dependent in spina dorsi. Secunda causa est, ut esset custodia membrorum mollium in corpore existentium, ut stomachi, hepatis, pulmonis et sic de alijs. Tertia causa est, ut esset fundamentum omnium oßium, quia uidemus, quòd alia ossa, ut costæ, figuntur in spina dorsi.

Quare homo inter omnia animalia, habet dorsum latum, ita, quòd nullum animal, præter hominem, potest conuenienter iacere in dorso?

Respondetur, quia pectori lato correspondet dorsum latum. Si ergo homo haberet dorsum acutum, sicut alia animalia, illa esset indecens & inepta dispositio: Ergo requiritur, quòd habeat dorsum latum.

Quare homo iacens in dorso, habet horribiles uisiones?

Respondetur, Quia tunc meatus, seu neruus phantasiæ est apertus, qui est in anteriori parte cerebri, & ergo tunc phantasia corrumpitur.

Vel alia ratio est, quia homo iacens in dorso habet se ita, quòd humores perturbantur, & mouentur sursum, ubi est phantasia, & ergo phantasia perturbatur.

Quare malum est iacere in dorso?

Respondetur secundũ Medicos, Quia hoc disponit ad lepram, epilepsiam, maniam, & ad incubum. Vbi nota, quòd mania est infectio anterioris partis cerebri, cum priuatione imaginationis. Sed incubus in proposito, est paßio cordis, cum aliquis se in somno suffocari putat, & putat aliquid iacere su-

re ſuper ipſum, quod libenter remoueret.

Quare ſpina dorſi habet multos articulos et multa membra, quæ apud Medicos Spõdilia dicũtur?

Reſpondetur, quòd propter flexibilitatem ipſius dorſi, quia ſine illis articulis flexiones fieri non poſſent, neq; motus, ut patet per Ariſtotelem in Libris de Motibus Animalium. Et ergo dicentes, quòd elephas non habet membra, dicunt malè, quia tunc non poſſet ſe mouere.

Quare ſpina dorſi in Piſcibus fracta, piſces cito moriuntur?

Reſpondetur, quia ſpina dorſi in piſcibus eſt loco cordis. Modo cor eſt primum uiuens, ultimũ moriens, ut patet in libro de longitudine & breuitate uitæ. Ergo læſa ſpina dorſi, piſces diutius uiuere non poſſunt.

DE MEDVLLA.

QVare læſa medulla, homo facilè moritur?

Reſpondetur, quia medulla uenit à cerebro quod eſt unum membrum principale, ut patet in duobus. Primo, quia medulla ſeu nucha eſt alba, ſicut cerebrum. Secundo, quia aliæ medullæ nõ habent cutem, neq; pelliculam: Sed nucha habet duplicem pelliculam, ſicut cerebrum, ſcilicet piam

matrem, & duram matrem. Etiam circa spinam dorsi sunt quinq; uenæ, quæ secundum Medicos dicuntur Hæmorrhoides, ab Hæma græcè, quod est sanguis Latinè. Ideo modicum uidendum est de uenis Hæmorrhoidum.

DE FLVXV HAEMORrhoidum.

QVare aliqui Viri patiuntur fluxum Hæmorrhoidum?

Respõdetur, quòd sunt melancholici. Ergo multũ generatur in eis melãcholia, quia frigidi sunt, quæ primo mittitur ad splenem, scilicet ad propriam sedem melancholiæ; & ibi propter sanguinis multitudinem retineri non potest. Ergo mittitur ad spinam dorsi, ubi sunt aliquæ uenæ, quæ terminantur in dorso & in collo. Et quando illæ uenæ ualde replentur sanguine melancholico, tunc aperiuntur uiæ Naturæ, & exit ille sanguis semel in mense, ut menstrua Mulieris. Et tales Viri per talem fluxum præseruantur magis ab infirmitatibus scilicet ab hydropisi, peste, & cæteris.

Quæritur, quare Iudæi indifferenter patiuntur talem fluxum?

Respondetur Theologicè: Quia ipsi tempore

paßio-

paßionis Christi clamauerunt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ergo dicitur in Psalmo. Percußit eos Deus in posteriora dorsi.

Aliter respondetur, magis naturaliter, quia Iudæi uescuntur cibarijs phlegmaticis & frigidis, ex quibus cibarijs generatur sanguis melancholicus, qui per fluxum hæmorrhoidum expurgatur. Alia ratio naturalis est. Quia dicit Aristoteles in libro de Cœlo & Mundo. Quòd motus facit calorem, & calor digestionem, ut patet Quarto Methæororum. Sed Iudæi non sunt in continuo motu & labore, nec in conuersatione hominum. Etiam ideo, quia sunt in magno timore, quia timent nos ulcisci paßionem nostri Saluatoris. Et hæc in eis frigiditatem faciunt, & impediunt digestionem, & ergo iterum in eis generatur multus sanguis melancholicus, qui in ipsis tunc tempore menstrui expurgatur.

DE CORDE.

QVæritur, quare cor & pulmo dicuntur membra spiritalia?

Respondetur uno modo, quòd à spiritu, quia spiritus uitalis in corde generatur. Sed illa responsio non uidetur ualere, quia sic hepar et cerebrum, erunt membra spiritalia, quod est falsum.

Quia hepar est membrum nutritiuū: sed cerebrum animatiuū. Sed tamen cōsequentia patet, quia spiritus uitalis generatur in hepate, & spiritus animalis in cerebro. Et ergo respōdetur, quòd cor & pulmo, ideo dicūtur membra spiritalia, quia in eis recipitur spiritus & aer: Vel dicuntur spiritalia, propter eorum impoßibilitatem, respectu aliorum membrorum. Ergo ipsa per ipsam pelliculā diuersa sunt ab alijs membris nutritiuis, ut à stomacho.

Quæritur, quare pulmo sit ita rarus, et spongiosus?

Respondetur, ut ibi aer melius poßit recipi, pro cordis refrigerio, & expulsione superfluarum fumositatum. Quia secundum Aristotelem in libro de Inspiratione & Respiratione, Pulmo est flabellum cordis. seu uentilabrum. Et sicut follis in spirando inflatur, & expirando comprimitur & cōtrahitur, sic simili modo pulmo inspirat aerem, dando refrigerium cordi, & inspirat, ne cor suffocetur per nimiam caliditatem aeris inspirati.

Quæritur, quare caro pulmonis sit alba?

Respondetur. quòd propter eandem causam, quia est in continuo motu.

Etiam solet quæri, quare sola animalia habentia cor,

cor, habent pulmonem, & non alia?

Respondetur, quia pulmo non est membrum propter se, sed propter aliud, scilicet propter cor. Ergo si animal carens corde haberet pulmonem, tunc superfluè, & frustra esset, modo natura non permittit hoc. Quia natura non deficit necessarijs, nec abundat superfluis.

Quare animalia non habentia pulmonem carent uesica, ut dicit Aristoteles?

Respondetur, quia talia non recipiunt aquam potabilem, ut potum suum & cibum faciant feruere, sed propter temperamentum cibi, ergo carent uesica, & etiam urina. Vt patet in auiculis, quarum quædam simpliciter non bibunt, ut falco, nisus, accipiter.

Quare cor sit in medio animalis?

Respondetur quòd ideo, ut aliquo modo omnibus membris influere faciat uitam, & ergo comparatur Soli, qui est situs in medio Planetarum, ut alijs Planetis influere faciat lumen, Et ergo Pythagorici dicentes Cœlum esse magnum animal, dixerunt Solem esse cor illius animalis.

Quare in solo homine cor collocatur in sinistro latere?

Respondetur, ut calor cordis temperet frigiditatem splenis. Nam splen est sedes melancholiæ, quæ etiam in sinistro latere collocatur.

Quare inter omnia membra cor primò generatur, ut dicit Aristoteles: Quòd cor est primum uiuens, & ultimum moriens.

Respondetur secundum Aristotelem in Libro de Iuuentute & Senectute, quia cor est principium & origio uitæ & omnium membrorum, & sine illo nullum membrum uiuere potest. Nota secundum Physicos, de semine in matrice retento, primò generatur quædam pellicula, circundās ipsum semen: post hoc generatur typus formatiuus, qui ex subtiliore sanguine primo facit cor, & de sanguine minus subtili successiue facit hepar, & de sanguine crasso & frigido facit medullam & cerebrum.

Quare animalia parui cordis sunt audaciora, ut leo, qui est animal ualde ferox & audax.

Respondetur, quòd in paruo corde animalis calor est benè adunatus & uehemens, & sanguis ad ueniens in tangendo ipsum, citius calefit, & ad talia membra mouetur spiritu calefactiuo mediāte, quo audaciam eis tribuit.

Qua=

Quare animalia magni cordis, sunt ualde timida ut lepus?

Respondetur, quia calor ibi est diffusus & dispersus, & non potest calefacere sanguinem ad ipsum concurrentem, & sic timor ibi generatur.

Quare in corde magnorũ animalium, ut ceruorũ et hominũ, secundũ Albertum, est quoddam os?

Respondetur per Aristotelem, Quòd ideo, ut sit fundamentũ motus continui ipsius cordis, quia secundum eũdem in Libris de Motibus animalium: In quolibet motu est quidam fluxus & quies.

Quare cor continuè mouetur?

Respondetur secundum Aristotelem in Libro de Motu cordis, & per Galenum & Aegidium: Quia ibi spiritus generatur, qui est subtilior aere, qui propter maiorem rarefactionem, quærit locũ ampliorem, replendo concauũ ipsius cordis, ex quo sequitur dilatatio cordis. Et quia cor est terrestre: Ergo cessante impulsione, partes eius cessãt, & tendunt ad centrũ. Et Magister Galenus ponit experientiã de glande, si glãs ponatur ad ignem, calor ignis eius humiditatem resoluit in fumũ, qui est maior & rarior humiditate, & ergo maiorem locum occupat, & sic non potest manere infesta,

ergo

ergo ipsam eleuat, & facit eam ex igne saltare, & sic conformiter est de corde. Vnde nota, quòd cor animalis est triangularis figuræ aliquo modo, & partem minorem habet uersus sinistram, partē uerò maiorem uersus dextram, & in parte minori se continuè aperit & claudit, & sic est in continuo motu. Primus motus, apud Medicos uocatur Diastole. Sed motus contritionis siue clausionis uocatur Systole. Ex quibus duobus motibus fit pulsus in toto corpore, quem Medici in uenis arterijs sentiunt.

Quare animantia magni cordis sunt macra?

Respondetur, quia calor naturalis egrediens de corde, consumit humiditatem aquosam, quam humiditatem oportet conuerti in pinguedinem. Et sanè frequenter Mulieres sunt pinguiores quā uiri, quia habent multum de humido, & sunt humidioris cordis quàm Viri.

Quare caro cordis est compacta & spissa?

Respondetur, quia in re densa & benè cōpacta calor fortiter recipitur, ut etiā patet in alijs.

Aliter respondetur, ut cor sua caliditate temperet frigiditatem cerebri, ideo est compactum.

Quæritur, quare est cor calidißimum in toto animali?

Respōdetur, quia ibi est materia spissa et densa & benè compacta, et calor fortiter recipitur in eo, ut patet in silicibus. Etiam alia ratio est, quia cor sua caliditate temperat frigiditatem cerebri.

Quæritur, quare cor est principium uitæ?

Respondetur, quia in eo generatur spiritus uitalis, qui est sedes uitæ. Vnde secundum Augustinum in Libro de differentia Spiritus & Animæ, Cor habet duos uentres, scilicet dextrum & sinistrum. Dexter enim uenter plus habet de sanguine, quàm de spiritu, qui spiritus generatur ad uiuificandum totum animal.

Quæritur, quare cor sit rotundum, & habet figuram pyramidis instar?

Respondetur secundum Aristotelem, Quòd figura rotunda non habet angulos. Et ideo cor est rotundum, ne materia corpori nociua ibidem possit retineri.

Aliter respōdetur secundum Aristotelem, quia figura rotunda est motui apta. Et ideo figura rotunda secundum Aristotelem metaphoricè Agonia dicitur, ab ἀ, quod est sine, & γωνία, angulus, quasi sine angulo.

Quæritur, quare in solo corde per excellentiam sit sanguis?

Respondetur, quia sanguis est in eo, tanquam in proprio loco, uel tanquam efficiente, quod alij dicunt de hepate. Vnde cor à nullo membro recipit sanguinem, sed alia membra ab eo.

Quæritur quare aliqua animalia nō habēt cor?

Respondetur, licet non habent cor, tamen habent aliquid proportionabile cordi, ut patet de piscib. et anguillis, qui spinas dorsi habēt pro corde.

Quæritur, quare, ut uidemus sensu in brutis animalibus, ut in auibus, & pullis, capite ipsis amputato, cor adhuc pulsat & uiuit?

Respondetur, quia spiritus uitalis diutius manet in eo, quā in alijs membris, eò quòd cor est primum uiuens, & ultimum moriens, ut dicit Aristoteles de Senectute & Iuuētute, quàm alia mēbra.

Quæritur, quare omne animal carens corde, uel proportionali ipsi cordi, caret sanguine? ut patet in muscis?

Respondetur, quia cor est principium sanguinis. Modo deficiente causa, deficit effectus.

Quæritur, quare pulsus cordis certius iudicatur in dextro latere, quàm sinistro?

Respondetur, quia calor cordis ibi facit maiorem habilitatem & calorem, & ergo ibi plus sentitur quam in sinistro latere.

Quare calor aliquando è medio deficit? ut patet in caducis & epilepticis.

Respondetur secundum Constantinum in Libro de Stomacho: Quòd hoc fit ex defectu sui ipsius, & pellicularum, quibus cooperitur, quibus tunc infectis, cor è medio deficit, & aliquando fit ex infectione membrorum uicinorum. Vnde quando ex orificio stomachi exit humor uenenosus, lædit ille cor, & membra sibi uicina, & tunc illa inducunt è medio defectionem cordis. Notandum, quòd secundum Aristotelem dispositio cordis maximè cognoscitur per pulsum cordis. Quia pulsus uelox, magnus & frequens cognoscitur siue testatur de caliditate cordis, & de bona complexione. Et pulsus tardus & debilis testatur de frigiditate cordis, & malicia complexionis. Vnde Mulieres in quantum sunt sanæ, habent tardiorem & debiliorem pulsum quàm Viri, & hoc etiam patet per alias causas, ut infra patebit.

DE STOMACHO.

Quare stomachus est amplus? Respondetur secundum Aristotelem, in Libris de Animalibus: Quia in eo cibus, ut in olla primò decoquitur et digeritur ut purũ ab impuro separetur.

Et

Et ergo per multitudinem cibi Natura ampliat stomachum.

Quare stomachus est rotundus?

Respondetur secundum Constantinum in Libro de Stomacho: Quia si haberet angulos, tunc in illis cibus potius maneret, et sic homo nunquàm febribus careret, qui tamen humores eleuantur et consumuntur, & non absconduntur propter eius rotunditatem.

Quare caro stomachi sit multum neruosa, & sensibilis?

Respondetur secundum Aristotelem, & Constantinum: Quia nerui sunt dilatabiles & extensibiles. Et ergo stomachus tempore repletionis dilatatur, & tempore famis restringitur, ergo natura sagax disponit neruosum stomachum.

Quare stomachus digerit?

Respondetur, propter calorem in eo existentem, quia calor prouenit à membris uicinis, scilicet ab hepate & corde. Quia uidemus in fabrica arte, quod calor ignis separat æruginea, ut scoriam à ferro, aurum à cupro, argentum à stãno. Sic digestione per calorem fit separatio puri ab impuro, & talis digestio est quadruplex secundum Medicos. Qua-

Quare ſtomachus adiungitur hepati? ut patet ſenſu.

Reſpondetur ſecundum Conſtantinum, ut ſupra: Quia hepar eſt ualde calidum, ut ergo ſua caliditate poßit iuuare ad digeſtionem, igitur circundat ipſum.

Quare communiter patiamur plus frigus poſt prandium, quàm ante?

Reſpondetur, quia tunc totus calor uadit ad ſtomachum pro digeſtione facienda, & ſic partes exteriores frigeſiunt calore priuato.

Quare poſt prandiū immediatè ſit malū ſtudere?

Reſpondetur, quia cùm calor debet laborare pro imaginatione ſtudij, tunc non laboraret pro cibo digerēdo, & ſic cibus permaneret crudus. Ideo ſecūdum Medicos: Homo prius debet ſpaciari poſt prādiū ad centū paſſus, uel ſecūdū aliquos mille.

Quare Mulieres & maximè imprægnatæ, primo & tertio menſe habent appetitum inordinatū, ad comedendum carbones, cineres, & cætera?

Reſpondetur ſecundū Cōſtantinum, ut ſuprà: Quia quales ſunt humores in iſto ſtomacho illarū Mulierum, talia nutrimenta appetituum. Et quia in mulieribus imprægnatis ſunt putridi et corru-

pti humores, replentes ſtomachum, ideo appetunt ſimilia, cum omne ſimile applaudat ſibi ſimili.

Quare ſtomachus carnes ualdè pingues tardè digerit?

Reſpondetur, quia tales carnes natant in ſtomacho. Modo optima digeſtio fit in profundo ſtomachi, ubi carnes pingues non poſſunt uenire. Et ergo tales ſunt multum ſomnolenti, poſt eſum pinguium carnium, quia in eis digeſtio retardatur.

Quare ſtomacho infirmo omnia alia membra habent ſe male: eo ſano, melius ſunt ſingula membra diſpoſita?

Reſpondetur ſecundum Conſtantinum in principio ſui Libri: Quia ſtomachus colligantiam habet cum cerebro, corde & hepate, quæ ſunt membra principalia, Ergo ipſo dolente, omnia dolent.

Aliter reſpondetur, quia impedita prima digeſtione, aliæ digeſtiones impediuntur. Nam in prima digeſtione, principium eſt infirmitatis, ſcilicet in ſtomacho.

Quare iuuenes citius eſuriunt quàm ſenes?

Reſpondetur ſecundum Hippocratem, in Prima Particula Aphoriſmorũ, & Galenũ ibidem in Commento, Quòd iuuenes propter tria cibo indigent

gent. Primo, propter incrementum: Secundo, propter restaurationem uitæ. Tertio, propter conseruationem uitæ.

Aliter respondetur, quòd iuuenes sunt calidiores senibus, eò, quòd senes sunt frigidi & sicci, ut patet secundum Aristotelem, in Libro de Generatione Animaliũ. Ergo calor in iuuenibus plus digerit, & per consequens plus appetunt.

Quare Medici præcipiunt, quòd existente appetitu comedendi, debet quis comedere?

Respondetur secundum Auicennam, Quòd tolerare famem, est stomachum malis humoribus & putridis adimplere, quos attrahit ad se loco cibi, ut patet per experientiam. Cum ieiunamus, nocte habemus appetitum comedendi, sed sequenti die minimè. Ergo est signum, quod stomachus tunc est repletus malis humoribus, & maximè orificium eius, quæ repletio nõ est uera, sed mendax est, propter hoc, sumpto modico cibo, regreditur statim appetitus. Et ergo dicunt uulgares communi Prouerbio: Quòd os est trufator, quia licet fuerit corruptum malis humoribus, sumpto tamen cibo, reuertitur statim appetitus. Quare consiliũ Medicorum est, quòd homo debet successiue comedere?

Reſpondetur ſecundum Auicennam, Quia ſtomachus nimium repletur, & tunc cibus supernatabit in eo, quod eſt ualde periculoſum.

Alia cauſa eſt, ſicut ligna multum frigida ſuffocant ignem, ſic cibaria ſuffocant calorem naturalem. Et ergo optima medicina eſt, uti modeſtia & temperamento in cibo & potu. Vnde Verſus:

Eſſe cupis ſanus, ſit tibi parca manus.
Pone gulæ metas, ætas ut ſit tibi longa.

Quare alio et alio tempore anni appetuntur alia & alia cibaria? Vt in hyeme carnes bouinæ et uaccinæ & porcinæ, in æſtate appetuntur carnes ſubtiliores, ut uitulinæ, agninæ.

Reſpondetur, ideo quia complexio uariatur ſecundum tempus anni, ut patet per Gilbertum in Libro Sexto Principiorum.

Aliter reſponde & melius, quia hoc propter qualitatem ipſorum temporum. Quia frigus hyemis facit meliorem digeſtionem. Quia uentres calidiores ſunt in hyeme, propter frigus circunſtãs, ut dicit Hippocrates in prima Particula Aphoriſmorum, & Ariſtoteles in primo Metæororum.

Quare cibus non debet eſſe nimis calidus, ut piper, zinziber?

Res-

Reſpondetur, quia cibus calidus adurit ſanguinem, & diſponit ad lepram. Sic é conuerſo, cibus frigidus mortificat et congelat ſanguinem. Etiam cibus non debet eſſe nimis acetoſus, quia ille cito inducit ſenectutem. Item cibus nō debet eſſe nimis conditus, quia ille adurit interiora, & poſt illum cibum oportet potare multum, ut poſt alia cruda. Item cibus non debet nimis eſſe dulcis, quia dulcedo maximè conſtipat uenas.

Quare ſit bona cōſuetudo, caſeū comedere poſt prandiū, & pira poſt omnia fercula immediatè?

Reſpondetur, quia caſeus ratione terreſtritatis & craßiciei tendit ad fundum ſtomachi, & ſic deprimit carnes, & ille cibus digerit omnes alios, ſeipſum digerere non poteſt. Sic etiam dicitur de piris. Notandum de caſeo, quòd caſus recens cæteris laudabilior, ſed caſeus uetus & ſiccus & ſalſus eſt peßimus, citò faciens dolorē capitis, & hepatis conſtipationem, & quanto fuerit ueterior, tanto & deterior.

Vnde Verſus:

Caſeus eſt nequam, nam digerit omnia ſe quàm.

Quare poſt Piſces ſit bonum comedere nuces?

Vt dicit Metriſta:

Post pisces nuces, post carnes caseus adsit.

Respondetur, quia pisces sunt aliquando uenenosi, quia sunt difficilis digestionis & facilè putrescunt & corrumpuntur. Et nuces iuuant digestionem, quia sunt mediocriter calidæ.

Alia ratio, quia quando sunt uenenosi, ut dictum est, mox nux est remedium contra uenenum. Ergo pisces temperantur per nuces, & sic sanum est sumere nuces post pisces. Sed tamen notanda est Regula de Piscibus, quia Pisces debent esse de aqua clara & petrosa & non frigida, et lutosa, nec quieta. Vnde uersus,

Hi currant per aquã mundã, claramq; petrosam,
Sint cocti uino Pisces cum petroselino.

Et tales pisces minus nocent.

Quare nouus cibus multum nocet stomacho? Vt in festo Paschæ, multi læduntur ex nouo cibo.

Respondetur, quia talis cibus nimis auidè comeditur, ergo replet stomachum, & sic stomachus difficulter potest digerere istum cibum, & sic eius Immoderata comestione multi moriuntur. Quia est regula Geleni & Hippocratis. Quòd gula interficit plures, quàm gladius, ideo summoperè ualet moderatio cibi & potus.

Qua-

Quare sit malum differre in mensa, & paulatim diuersa cibaria comedere?

Respondetur, quia quando multum apponitur, tunc primum incipit digeri, & sic partes in digerendo non æquantur, & cibus decoctus corrumpitur: & hoc benè perpendunt Gallici quia ad maius duo uel tria fercula comedunt.

Est tamen notanda regula de ordine cibariorum, quia si plura habentur fercula quorũ quædã sunt subtilia in digestione, sicut caro pullorum, hædorum, uitulorũ, oua mollia & subtilia, & huiusmodi, tunc illa subtilia debent præcedere. Sed crassa, ut caro ceruorum, porcorum, uaccarum, assatura porcina uel uaccina, oua dura in patella fricta, debent post comedi. Ratio est, quia si præponerentur, tunc ipsa cito digesta, impedirent digestionem aliorum, & tunc subtilia iam digesta uiolenter retinerentur, & in stomacho corrumperentur, ex quo sequitur eructatio, nausea, fastidium, & dolor capitis, dolor uentris, & magna sitis. Et per consequens est ualde nociuum, in eadem mensa comedere lac, & bibere uinum, quia disponunt ad lepram.

Quæritur, quid melius est stomacho, cibus aut potus?

Respondetur, quòd potus citius digeritur, quã cibus. Quia cibus est magis materialis quàm potus. Ergo cibus difficilius digeritur.

Quare bonum est potare in prandio?

Respondetur, ut potus temperet cibum, et reddat eum aptum digestioni. Quia olla repleta carnibus aut piscibus, si nõ habeat humiditatem, tunc sequitur illius pulmenti & ollæ destructio. Et stomachus habet se ut olla decoquens cibum. Ergo à medicis est consultum, inter prandia potare.

Quare bonũ sit cœnam dimittere serotinam?

Respondetur quòd ideo, quia post cœnam nõ sequitur motus, sic cibus non intrat profundũ stomachi, sed remanet indigestus, & sic inducit nocumenta. Et ergo bonum est cœnam esse breuem & modicam. Vnde Versus:

Cœna leuis, cœnaq; breuis tibi sit, quia magna
Cœna nocet, medicina docet, res est manifesta.
Et magna cœna stomacho fit maxima pœna.
Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

Quare stomacho ieiuno uinum bibere sit ualde insanum?

Respondetur secundum Auicennam, quòd talis sobria potatio uini, dat magnum periculum in

cere-

cerebro, & quandoq; inducit morbum caducum, uel apoplexiam.

Quare aquam frigidam multum bibere est periculosum?

Respondetur, quòd unum contrariorum expellit & impedit reliquum, ut patet per Aristotelem Primo de Generatione. Sed quia aqua est summè frigida, ergo ueniens ad stomachum, impedit digestionem, & calorem digerentem.

Quare bibere de nouo musto sit ualde periculosum ipsi stomacho?

Respondetur, quia est indigestibile. Ergo multum inflat uentrem, & sic aliquomodo prouocat dysenteriam, id est, fluxum uentris sanguinem. Vnde Versus:

Impedit urinam mustum, soluit citò uentrem.

Sed de uino bono bibere, est conueniens. Vnde Versus:

Vinum sit clarum, uetus, subtile, maturum,
Ac benè lymphatũ, soluens moderamme sumptũ.

Quare statim post prandium laborare sit prohibitum à Medicis, iuxta hunc uersum:

Post mensam pauca nec eas, nec stes sine causa.

Respondetur, quòd huiusmodi triplex est ra-

tio. Prima est, quia motus post prandium lædit uirtutem digestiuam, & sic cibus indigestus depellitur. Secunda est, quia motus post prandium facit ut membra crudum attrahant cibum, quod statim est causa ægritudinis. Tertia est, quia motus facit cibum descendere, antequam digeritur, & si homo inciperet ambulare post prandium, tunc motus paulatim incipiet. Sed post cœnam motus est bonus, quia post cœnam cito sequitur somnus. Ergo parum est spaciandum, ut per hoc cibus intret pro fundum stomachi.

Quare de manè ante prandiũ sit bonum spaciari?

Respondetur, quòd talis motus dat membra cõmoda & congrua ipsi facienti, quia calorem naturalem fortificat, & facit descendere superfluitates stomachi. Et ergo dicit Auicenna: quòd dimittentes exercitiũ & motũ, incurrunt hecticam. Et ille motus patet in his Versibus:

Ante cibum perge, motus primus moderatus.
Post cœnam stabis, aut passus mille meabis.

Quare, secundum doctrinã Auicennæ & Hippocratis, Vomere sit ualde sanum?

Respondetur secundum eos, Quia purgat stomachũ ab omni humore nociuo: nam ibi expellitur

mate-

materia paßiua, scilicet glauca uel uiridis, quæ si in stomacho maneret, febrilia induceret. Etiam secundum Auicennã: Vomitus purgat oculos, purgat caput, & mundificat cerebrum.

Quare somnus ualde fortificat stomachum, et uirtutem digestiuam?

Respondetur, quia in somno uadit calor naturalis interius, digestionem confortando. Sed calor in uigilia, manet circa locum sensuum, & in toto corpore dispersus.

Quare homo patitur infirmitates, ut cibus & potus à stomacho receptus, in eadem qualitate & quantitate per inferiora expellantur?

Respondetur, quòd hoc est propter debilitatem uirtutis naturalis, scilicet appetitiuæ, uel attractiuæ, digestiuæ, retentiuæ & expulsiuæ, quæ infirmitas, lyenteria uocatur. Nota differentiam inter lyenteriam, dyarrhœam, & dysenteriam. Vnde Versus:

Cruda lyen, simplex dyen, sed sanguine dysen.

DE SANGVINE.

QVare omne animal habens sanguinem, necesse est habere hepar?

Respondetur secundum Aristotelem. Quòd san-

ſanguis primò generatur in hepate, eo quòd hepar eſt ſedes ſanguinis, ſecundum aliquos Medicos, & attrahitur à ſtomacho per quaſdam uenas principales, à quo generatur talis ſanguis.

Quare ſanguis ſit rubeus?

Reſpondetur, quia aſsimilatur membro in quo generatur, ſcilicet hepati, quòd eſt rubei coloris. Etiam ſanguis eſt dulcis, quia eſt benè digeſtus & coctus, & parum de terreſtritate ſanguini admiſtum, cauſa eſt ſalſedinis in eo, ut patet per Philoſophum in Lib. Metæororum.

Quare mulieres habent ſpiſsiorem ſanguinē, quàm Viri?

Reſpondetur, quòd propter frigiditatem inſpiſſantem. Frigiditas ex illa natura condenſat, coadunat, conſtringit, uel congelat, ut patet in libris Metæororum.

Quare ſanguis uenit ad totum corpus ab hepate & per quem modum?

Reſpondetur, quòd per uenas principales, ut per hepaticam, cephalicam, medianam, & per uenas capitales, de quibus patet in Libro Aphoriſmorum.

DE VRINA.

QVæritur, quomodo urina uenit ad ueſicam, cum tamen ueſica ſit clauſa?

Aliqui dicunt, quòd sudando, & uidetur esse uerũ, cùm urina nõ sit mortificatiua, ut patet per Aegidium. Ergo aliter respondetur, scilicet, quòd semipellicula, quæ est in uesica, aperitur & per eam intrat urina, & quia illa pellicula est duplicata, ideo è conuerso clauditur. Et dicit Theophylactus: Vrina est nuncius non fallax, quia testatur de sanitate & ægritudine animalis: Vt dicit Hippocrates in Lib. Aphorismorũ: Quòd homines habent manè urinã albã, et ante prandiũ rubeã, post prandium candidam, & similiter post cœnam. Et multi colores urinæ, de quibus nihil ad præsens.

Quare Hydropisis uenit ab hepate?

Respondetur secundum Constantinum, Quòd uirtus digestiua in hepate, non potest materiam crassam conuertere in quatuor humores, sed conuertitur solum in aquam, quæ tumescit, & inflat hominem, & maximè uentrem.

DE FELLE.

QVare animalia habent fel?

Respondetur, quòd ibi recipitur humor cholericus, qui suo acumine multum iuuat uiscera, ad expellendum superflua, etiam iuuat ipsum stomachum, in digerendo.

Quare ictericia uenit à felle?

Respondetur, quia humor fellis est glaucus et croceus. Igitur cùm pori fellis obstruuntur, tunc ille humor nõ potest intrare sacculum fellis, sed miscetur cum sanguine, & uadit per totum corpus inficiendo cutem.

Quare equus, muli, asinus & coruus, non habent fel?

Respondetur secundum Aristotelem, in Libris De Animalibus: Quamuis illa animalia sic dicta, non habent fel in sacculo, habent tamen fel dispersum per paruas uenas.

DE SPLENE.

Quare splen est caro nigra? ut patet sensu?

Respondetur secundum Aristotelem in Loco prius allegato: Quòd splen causatur ex materia terrestri, id est, ex materia nigra. Modo effectus aßimilatur suæ causæ.

Aliter respondetur secundum Medicos, Quia splen est reseruaculum melancholiæ. Modo melancholia est nigra cholera.

Quare homo habens magnũ splenẽ, sit macer?

Respondetur, quia splen multam trahit ad se materiam, quæ debet transire in pinguedinem,

Et ergo per oppositum, homines parui splenis, pingues efficiuntur.

Quare splen facit ridere? Vt dicit Isidorus, Splene ridemus felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus, & cerebro sentimus, ut etiam tangit Ebardus Capitulo de Verbis,

Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iram,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Respondetur ualde naturaliter, quia splen attrahit ad se melancholiam, eò quòd est proprius locus eius, quæ melancholia est causa tristiciæ, & illa ibi consumitur, & sic deficiente causa, deficit & effectus. Quòd autem melancholia est causa tristiciæ, patet per Aristotelem in Proœmio de Anima, & ergo illa consumpta, sequitur oppositum tristitiæ, scilicet gaudium. Et eadem de causa fel facit irasci, quia cholerici sunt iracundi, quia multum habent de humore fellis. Et nota, pro dilucido intellectu illorum, quatuor humores sunt in homine, scilicet sanguis, cholera, phlegma & melancholia, quorum quilibet habet speciale reseruaculum, & membrum speciale, in quo reseruatur & conseruatur. Vnde ex parte materiæ siccæ & calidæ generatur cholera, quæ uadit ad fel, ubi habet locum in quodam sacculo.

Sed ex parte materiæ frigidæ & siccæ generatur melancholia, quæ uadit ad splenem, tanquàm ad suum receptaculũ, secundũ Medicos. Sed ex parte materiæ frigidæ & humidæ generatur phlegma, quod uadit ad pulmonem, tanquam ad suũ receptaculum, uel secundũ Medicos ad splenem. Sed sanguis, qui est nobilißimus humor, dicitur generari in hepate, & ibi uidetur suus proprius locus.

DE COITV.

QVæritur, quare coeunt animalia?

Respondetur secundum Auicennam, secundo de Anima, super illam literam. Naturalißimum quidem operum in uiuentibus est generare sibi simile in specie, quòd fit propter conseruationem speciei. Quia si coitus non esset, omnes species dudum periissent.

Quæritur, quid sit coitus?

Respondetur, quòd coitus est mutua actio maris & fœminæ, per instrumenta ad talem actum deputata, ad seruandam speciem. Et ideo dicunt Theologi, quòd quando coitus non fit propter generationẽ sibi similem, tunc est maximũ peccatũ.

Quare coitus temperatus sit conueniens, saltem quibus licitum est.

Responde-

Reſpondetur ſecundum Auicennam & Conſtantinum in Libro de Coitu. Quòd coitus alleuiat corpus, & animam exhilarat, caput & ſenſum cõfortat, aufert multas ægritudines melancholiæ, quia expellit fumum ſpermatis de cerebro, & expellit materiam apoſtematicam. Et ergo ſecundũ Auicennam Tertio Canonis. Ex dimißione coitus aliquando cauſatur tenebroſitas oculorum, & uertigo capitis. Vnde ſperma uiri ultra debitum tempus retentum, conuertitur in uenenum.

Quare diſtemperatus coitus, & nimis aßiduus ſit nociuus?

Reſpondetur, quia deſtruit uiſum, & corpus exiccat. Quia dicit Ariſtoteles ſecundo de Generatione Animalium: Luxuria eſt emißio puræ humiditatis, & cerebrũ conſumit. Et inducit febres acutas ſecundum Auicennam, ut expertum eſt. Et maximè abbreuiat uitã, ſecundum Ariſtotelem, in Libro de Lõgitudine & Breuitate uitæ. Et hoc declarat Albertus de paſſere, qui propter nimium coitum, tantum peruenit ad tertium annum.

Quare melancholicis & cholericis, & in uniuerſum macris, ualde nocet coitus?

Reſpondetur, quia os multum exiccat, cum ex

se sint sicci ipsi, inducit siccitatem. Per oppositum phlegmaticis & sanguineis multum prodest coitus, ut dicit Auicenna, quia in eis multum de tali materia, quæ necessario à Natura expellenda est. Quamuis Aristoteles dicit. Quòd omne animal pingue sit pauci spermatis, quia materia transit in pinguedinem.

Quare fœmellæ animalium brutorum non appetunt coitum post imprægnationem?

Respondetur secundum Albertum, quia tunc matrix fœminæ est clausa, & menstrua tunc sunt retenta, ergo appetitus circa illa cessat.

Quare tunc Mulieres, & equa, post imprægnationem appetunt coitum? ut dicit Aristoteles in Libris De Animalibus.

Respondetur secundum Galenum de muliere. quòd recordatio iuuat ad coitum. Et quia Mulieres recordantur delectationem in coitu præcedenti habitam, & sic appetunt coitum.

Sed de Equa respondetur, quia est animal multum uorax, quare habet in se multas fumositates distemperatas, ergo appetit aliud sperma, eò quòd omne simile appetit suum simile.

Quare repleto corpore non est coeundum?

Re-

Respondetur, secundum Aristotelem, quia prõhibet digestionem. Similiter non bonum est uentri famelico, quia ille coitus ualde debilitat corpus animalis.

Quare non sit bonum, post balneum coire?

Respondetur, quia tunc pori sunt aperti, & calor per totum corpus est dispersus. Ergo coitus sequens balneũ maximè frigefacit ipsum corpus.

Quare post uomitum, & post solutionem uentris, minime ualet coitus?

Respondetur, quia est ualde periculosum, facere duas purgationes in uno die, ut dicit Hippocrates, & Galenus. Sic est de coitu, & solutione uentris, cum renes per coitum purgantur, & intestina per uomitum.

Quare animalia agrestia, in coitu sunt furibunda? Quod patet in ceruis, qui tunc maximè clamant & uociferant, ut etiam patet de asinis, qui tunc solent insanire, ut dicit Constantinus ex autoritate Hippocratis.

Respondetur, quia tunc mẽbra sunt maximè incensa ex appetitu Venereo. Natura laborat ad expellendũ superflua, quæ in sensu disponũt ad irã, et ad furorẽ. Ergo post coitũ sunt statim mãsueta.

Quare in coitu est tanta delectatio?

Respondetur, quia coitus est opus despectum in se, & totum malum, & ualde immundum, ita quòd omnia animalia naturaliter abhorrent illum actum. Et si non fuerit tanta delectatio in eo nunquàm fieret actus coitus: quia talis actus immundus est, & maliciosus. Et ergo Natura in tali delectatione sic libenter exercetur, ut species rerum possit conseruari.

Quare frequenter coeuntes non habent tantam delectationem, sicut raro coeuntes?

Respondetur, quòd fit propter tres rationes: Prima ratio est, quia meatus seminis est nimis largus & amplus, ergo semen non facit ibi moram, ex cuius mora inducitur delectatio. Secunda ratio est, quia illis semper coeũtibus, propter continuũ coitum est paucitas seminis, et sic iterum nõ facit delectationem. Tertia ratio est, quia illis aliquando loco seminis emittitur sanguis crudus, et indigestus, uel alia materia aquosa, et quia hæc materia non est calida, ergo nõ facit talẽ delectationẽ.

Quæritur, utrum coitus potest fieri per os, scilicet quòd animalia concipiant per os?

Vt dicunt quidam de cornicibus, quòd osculando se ro-

se rostro coeant, & concipiant. Et quidam dicũt, quòd mustela concipit & parit per os.

Respondetur secundum Aristotelem in Libris de Animalibus. Quòd ille sermo est penitus falsus & fictus, quia licet columbæ rostris se cõtrectent, tamen ex hoc non concipiunt, nec etiã sic coeunt. Etiam quia mustela semper portat in ore fœtum suum, de loco ad locum, & ergo ipsi putãt quòd pariat per os. Vnde Aristoteles ita declarat & arguit, quicquid intrat per os, hoc digerendo consumitur. Sed si semina per os intrarent, tunc digerendo consumerentur. Ergo, &c. Maior patet quia non est debilis instantia, sed consequentia tenet in Darij.

Sed diceret fortè aliquis: Tamen beata Virgo concepit per aurem, scilicet per uerba. Ergo etiã poßibile est, quòd aliqua mulier concipiat per os.

Respondetur, quòd hoc non fuit naturale, sed supra naturam, & miraculosè, & de illa conceptione nihil est ad propositũ. Vnde dicit uenerabilis Dominus Albertus. Quid mihi de Theologia cum Physicè loquor?

DE SPERMATE.

Quæritur unde generatur semen Viri?

Respondetur, quòd de hoc sunt diuersæ opiniones Medicorum, Philosophorum, & dicũt quidam, Quòd sit humor superfluus quartæ digestionis. Et aliqui dicunt quòd sperma sit sanguis purus, à cerebro fusus, & est decoctum, & in testiculis dealbatum. Sed alij dicunt, quòd sit superfluũ secũdæ et tertiæ digestionis. Sed quia similia sunt sudor, urina, sputum phlegma, cholera, ergo dicit Aristoteles in Libris de Generatione animalium, Quòd sperma semper est superfluum ultimi nutrimenti, scilicet sanguinis, per totũ corpus dispersi. Sed tamen præcipuè diffunditur & deciditur à membris principalibus, scilicet, à corde, hepate et cerebro. Et huius signum est, quia talia membra in digestione uirtutis seminalis maximè debilitantur, & ex illo patet, quòd coitus sit minimè proficuus. Sed tamen aliqui asserunt, quod prædicta sunt intelligenda de coitu excellenti, sed non de moderato: Notandæ sunt aliquæ uirtutes, quæ lucidè patent in his metris, de moderato coitu:

Vnde Versus:

Alleuiat corpus coitus moderamine factus.
Quibus sit licitus, quibus non, ualde nociuus.

Quare semen uiri sit album, cùm tamen semẽ mulieris sit rubeum?

Re-

Respondetur, quòd in uiris est album, propter magnam caliditatem, & est magis decoctum, quia in testiculis dealbatur, quorũ caro est alba, sicut & caro mamillarum. Sed semen mulieris est rubeum, quia est superfluum secundæ digestionis, quæ celebratur in hepate, quia hepar est membrum rubeum. Igitur, &c.

Aliter respõdetur, quia menstruũ est sanguis corruptus & ĩdigestus, ergo habet colorẽ sanguinis.

Quæritur, utrum sperma decidatur à membris uel ab humoribus?

Respondetur secundũ aliquos, quòd à mẽbris, sicut iam dictum est. Et hoc sic probatur, quia sensibiliter uidemus, quòd claudus generat filiũ claudum, & pater habens cicatricem, generat filium habentem cicatricẽ, ut dicit Aristoteles in Libris de Animalibus: & hoc non fieret, si non esset decisio à membris. Sed tamen alij dicũt: quòd decisio fit ab humoribus, quia fit ab ultimo nutrimẽti. Modò nutrimentum non est membrum sed humor.

Sed ad primam opinionem, de patre truncato respondetur, quòd Aristoteles secundo de Generatione animalium uult. Quòd hoc fiat propter imaginationem matris tempore coitus.

Quare imaginatio matris de Aethiope, generat filium nigrum? & hoc etiam est uerum de alijs opinionibus. Vnde refert Albertus magnus, quòd quædam regina in coitu imaginabatur Aethiopē propè lectum, depictum imagine magna & distorta, & sic concepit & peperit filium nigerrimum. Ad hoc respondetur secundum Auicennam, quòd imaginatio de casu facit homines cadere, & de lepra facit hominem leprosum. Sic etiam in proposito, imaginatiua est superior formatiua fœtus, tale percipit formale quale scilicet imaginatū est.

Quæritur, Vtrum semen uiri ingreditur substantiam & materiam fœtus?

Respondetur, quòd utrunq; semen, tam patris quàm matris materia, intrat substantiā embryonis. Quia ut lac coagulatum intrat substantiam casei, ita habet se sperma ut coagulum, & menstruum plenitudinem habet lactis. Sed illa opinio non uidetur ualere. Ergo respondetur secundum Aristotelem, et secundū alios Philosophos. Quòd semen uiri non intrat substātiam fœtus, quod probatur sic, quia sic materia & causa efficiens coincidérent, quod est contra Philosophum. Tenet cōsequentia, quia semen uiri non intrat substantiam

fœ-

fœtus, eò quòd est principium efficiens ipsius pueri. Sicut domus structor est causa efficiens, et principium ipsius domus. Item alio modo probatur. Quia eadem est materia nutrimenti & generationis, Secundo de Anima. Quia ex eisdem sumus et nutrimur, ideo sperma non potest esse materia nutrimenti secundum Auerroem.

Vnde secundum rei ueritatem respondetur, quòd semina ambo clauduntur in matrice. Sed semen uiri disponit semen mulieris ad receptionem formæ seu animæ, quo facto cõuertitur in humidum, & exaltatur per poros matricis, quod patet: quia solum menstruum est materia fœtus.

Quare matrix auidè & cupidè attrahit semen? Quia ut dicit Auerroes, secundum Colliget. Capite decimo. Fuit quædam puella in balneo, ubi sperma iactum fuit, & illa puella ab attractione seminis concepit & peperit.

Respondetur secundum Auerroem, Quòd matrix & natura specifica attrahit ipsum semen, ut magnes ferrum, & agathes chalybem, sic attrahit ipsum ad suam perfectionem propriam.

DE MENSTRVIS.

QVare Mulieres habent menstrua?

Respondetur secundum Medicos. Quia sunt frigidæ respectu uirorum. Ergo totum nutrimentum non potest conuerti in eius sanguinem, & ergo magna pars transit in menstruum. Quia in omni mense à qualibet muliere eius ætatis, & sana, expelluntur, quia ante tredecimum annum non fluunt. Etiam de sana: Quia aliquæ mulieres infirmæ non patiuntur menstrua.

Quare menstrua fluunt à mulieribus?

Respōdetur, quia menstruum est materia uenenosa. Nam dicit Aristoteles in Generatiōe Animaliū: Quòd menstruū recens et fluens si tangat arborem uel ramū arboris uirentem, talis arbor decrescit uel deficit. Item dicit Aristoteles: Si canis gustaret de mēstruo, tertia die esset rabidus: & si muscæ tangātur ab ipso, illo die moriūtur. Et ergo natura sagax omni mense expelli uoluit à mulieribus menstruū, tanquàm inimicū uitæ contrarium. Ergo retentum à mulieribus ultra debitū tempus, secundum Aristotelem, inducit pessimas infirmitates, scilicet syncopen, & ecstasin.

Quare ante tredecimū annū nō fluunt menstrua?

Respondetur, quia iuuēculæ sunt calidæ, ita scilicet, quòd benè digerunt totum cibum. Ergo menstruum

struum in eis non generatur ante illud tempus, & per consequens non expellitur, & hoc est uerum, nisi bonitas uel malicia complexionis impediat.

Quare mulieres post quinquagesimum annum non patiuntur menstruum? Vt patet in Metris:
Adde decem tribus mulierum menstrua cernis,
Ad quinquaginta durat purgatio tota.

Ibi respondetur, quòd mulieres ueteres sunt steriles, ergo non habent menstrua.

Aliter respondetur, & melius, quia tunc natura est debilis, & sic non potest ipsum expellere præ nimia debilitate. Ergo generatur in eis maximæ quantitatis immundities, in una massa, & sic efficiuntur ita immundæ, ut suo anhelitu inficiantur homines, & ergo tunc in eis tußis abundat, et alia mala. Ergo secundum consilium Medicorum, abstinendum est à talibus uetulis.

Quæritur, quare mulieres taliter existentes, ueneno non inficiunt semetipsas?

Respondetur, quia uenenum non agit in seipsum, sed in aliud sibi obiectum.

Aliter respondetur, & melius, quia consuetum est mulieribus talem naturam habere, ergo eis non nocet. Refert enim Albertus Magnus de

quadam puella, quæ in Colonia ad ipsum ducebatur, comedit omnes araneas, nil ei nocẽtes, sed fuerunt ei cibus aptißimus. Et dicit Aristoteles, in Libris de Regimine Principum, ad Alexandrum Regem, & narrat illi de quadam puella quæ in iuuentute fuit nutrita ueneno. Et hoc dicit Commentator in secundo Physicorum. Quòd quidam homines consueuerunt comedere uenenum sic, quod erat eis cibus quotidianus.

Quare mulieres imprægnatæ non patiuntur menstrua?

Respõdetur, quia tunc menstruũ transit in lac, & in nutrimentũ fœtus. Ergo mulier imprægnata quãdo patitur menstruũ, hoc est signũ abortionis.

Quare in tribus primis mensibus, menstruum mulieris imprægnatæ adhuc fluit?

Respondetur, propter paruitatem & nouitatem pueri, quia adhuc non potest sumere totã materiam menstrualem.

Quare fœmellæ animalium brutorum, ut uolucrum & piscium non patiuntur menstrua?

Respondetur per Aristotelem & Albertum, quòd in brutis greßibilibus menstruum transit in materiam pilorum, in piscibus transit in squamas,

& in

& in auibus in plumas. Et ex hoc considerandum est, sic esse uerum, quia inter bruta animalia fœmellæ frequenter magis sunt hirsutæ quàm masculi, & fœmellæ piscium magis sunt squamosæ, & fœmellæ auium magis sunt pennosæ, &c.

Quare menstruum recipit nomen à mense?

Respondetur, quia est spacium temporis mensurandi motum Lunæ. Quia Luna motũ suum perficit in uiginti nouem diebus, & quatuordecim horis. Modo luna habet dominiũ in humidum, ut patet secundo Metæororum. Sed quia menstruum est humidum, ergo capit denominationem à mense. Nam humidum crescit Luna crescente, & ipsa defisiente deficit.

Quare quædam Mulieres diutius patiuntur talem fluxum et quædam breuius, quædam per sex dies, quædam per septem, aliæ uerò per tres, ut frequenter in omnibus?

Respondetur, quòd primæ sunt frigidiores, ergo plus generatur in eis de menstruo, & per consequens longiore tempore expellitur, & aliæ sunt calidiores, ergo minus generatur, & in breuiori tempore expellitur.

Quæritur, ubi reseruatur menstruum ante fluxum

Di-

Dicunt aliqui, quòd in matrice, sed Auerroes hoc reprobat, & dicit, quòd matrix est locus generationis, sed tale menstruum ad generationem nihil facit. Respondet ipse, sicut dicebatur de fluxu hæmorrhoidum, scilicet quòd quædam uena circa spinam dorsi ipsa menstrua reseruat. Et huius signum est, quia mulieres istæ, tempore menstrui maximum patiuntur dolorem dorsi, propter eius expulsionem à natura.

Quæritur, utrum menstruum, quod omni tempore expellitur, & menstruum, de quo fœtus generatur, sint idem?

Respondetur quòd non, quia primum est impurum & malè dispositum ad generationem, sed secundum est ualde purum et clarum, & ergo sanguis ille est aptus generationi.

Quare Mulieres imprægnatæ tempore menstrui, generant filios leprosos & imbecilles?

Respõdetur, quia menstruũ est uenenosum, imo uenenosissima est mulier mẽstruosa. Modo ut patet in Libro de Causis, causæ relucẽt in effectibus, etiã per Philosophũ. Effectus gerit aliquã similitudinẽ suæ causæ. Ergo ille natus malè disponitur

Quare Mulieres nõ uniformiter, eodem tempore

pore mēſis, patiūtur mēſtrua: quia quædā ī nouilu nio, quædā in plenilunio, quædā in defectu Lunæ.

Reſpondetur, quod propter diuerſas comple xiones mulierū. Vnde licet omnes mulieres reſpe ctu uirorum ſunt phlegmaticæ, tamen mulieres in ter ſe ſic ſe habent, quod una eſt magis ſanguinea alia magis cholerica, et quomodo quælibet lunatio habet quadras, ſic illæ habent quatuor complexio nes: prima eſt ſanguinea: ſecunda cholerica, &c. Mulier ſanguinea patitur in prima quadra, chole rica ī ſecūda: melāc holica ī tertia, & ſic de alijs.

Quare mulieres ſanguineæ patiuntur fluxum menſtrui in prima quadra?

Reſpōdetur ſecundū Galenū in Libris Apho riſmorū, & ſecundū Gilbertum in ſex Principijs, Quòd omne tale, additum ſuo tali, facit ipſum ma gis tale. Ergo prima quadra Lunæ mulieri ſangui neæ auget ſanguinem, ergo tunc ſic expellitur.

Etiam reſpondetur, quòd Luna noua recipit iuuenes, quia tales ſunt magis ſanguinei quàm ſe nes, iuxta hunc uerſum.

Luna uetus ueteres, iuuenes noua luna requirit.

Quare tam frequenter omnes mulieres in fi ne menſis patiuntur menſtruum?

Respōdetur, quia generaliter oēs mulieres sunt phlegmaticæ. Modo ultima quadra est phlegma.

Aliter respondetur, quod hoc est propter defectū: Ergo in eis frigiditas operatur, ad multiplicādam illā materiam, et materia multiplicata tunc expellitur. Quæritur, quare in tali fluxu mulieres patiuntur dolores?

Respondetur, quia est similis dolori stranguriæ, id est, proiectiōis urinæ paulatim et guttatim. Quia sicut strāguria, quæ fit potu indigesto, uias urinales subtiles lædit, sicut cōtingit post balneū: sic etiam materia menstrualis est, quæ terrestris & indigesta lædit uias, per quas digeri debet & transit. Quare post fluxum menstrui, Mulier facilè concipit?

Respondetur, quia tunc melius est disposita ad conceptionem, quia est mundata à menstruis. Vnde legitur in Exodo, cùm Iudæi essent in Aegypto, breui tempore augebantur super Aegyptios. Huius non fuit alia ratio naturalis, nisi quòd uiri Iudæi non coibant cum mulieribus, nisi essent purificatæ & mundatæ à menstruo, quia tunc erant aptæ ad concipiendum.

Quare color Mulierum menstruosarum mutatur in pallorem?

Respondetur, quia tali tempore calor recedit ab omnibus membris exterioribus, ad membra interiora, ad iuuandum naturam et expellendum menstrua, quæ priuatio caloris facit pallorem in facie.

Aliter respondetur, quia menstrua sunt crudi humores ergo ipsis fluentibus possunt decolorare faciem, & per consequens, inducunt pallorem.

Quare Mulier mēstruosa abhorret cibum capere?

Respondetur, quia natura plus laborat ad expulsionem menstrui, quàm ad digestionem, ergo si caperet cibum, ille maneret crudus, ergo natura sagax hoc non admittit.

DE STERILITATE.

QVare quædam Mulieres sunt steriles, & nō concipiunt?

Respondetur secūdum Medicos, quòd propter multas causas. Prima est, quia aliquando ex parte Viri est defectus, scilicet quando Vir est frigidæ naturæ, quia tunc semen eius est ineptum generationi. Secūda causa est, quia semen eius est aliquoties aquosum, non faciens moram in matrice. Tertia, quia semina Viri & mulieris non habent eandem proportionem, ut si uir est melancholicus, & mulier sanguinea, uel si uir est cholericus & mu-

lier maximè phlegmatica. Quia ut patet ex Primo de generatione animalium, & secundo de anima, Agens & patiens debent habere eandem proportionem, alias actio impeditur.

Quare mulieres pingues rarò concipiunt?

Respondetur, quia habent matricem lubricā, per quam semen receptum labitur, nec retinetur.

Aliter respōdetur, quia tales pingues habent orificia matricū ualdè stricta, ita quod semē impeditur, et si intrat, tunc tardè intrat, ita quod semē medio tempore frigesit, & sic non ualet ad generationem, sed in materiam carneam resoluitur.

Quare mulieres nimis calidæ, raro concipiūt?

Respondetur, quia semen in eis receptum extinguitur, & corrumpitur, ac si pauca aqua in magnum ignem funderetur. Ergo uidemus, quod mulieres feruenter appetentes luxuriam & libidinē, raro concipiunt.

Quare Mulieres publicæ, ut meretrices, non concipiunt?

Respondetur, quòd est propter diuersa semina, ex quibus earum instrumenta concipiendi destruuntur, & lubrica efficiuntur, ita quod natura seminalis non retinetur. Vel etiam, quia unum se-

men

men destruit aliud, ita quòd nullum ualeat ad generationem. Vnde uersus:

Impedit & semen aliud simul & mediante,
Quo impedito, sequitur destructio prolis.

Item nota, ut patet per Albertum, Quòd summum remedium est ad conceptionem, recipere matricē leporis, puluere aspersam, & purificatam in potu, quæ à tota natura specifica operatur ad conceptionem.

DE CONCEPTIONE.

QVare quædā mulieres concipiūt Masculos? Respondetur secundum Constantinum & Aristotelem: Quòd si semen cadat ad dextram partem matricis, tunc generatur masculus, quia hæc pars est calidior, et calor secundum prædicta operatur ad generationem masculi. Ergo secundum Albertum, Quando dextera pars Mulieris maximè tumet, est signū masculi in utero. Sed alij aßignant aliam causam, scilicet quando semen Patris habet dominium super semen Matris, tunc generatur masculus. Sed quando est è conuerso, tūc generatur fœmella.

Quare quædam Mulieres concipiunt fœmellas?

Respondetur, quia semen est elapsum ad sinistram partem matricis, quæ est frigidior ratione splenis adiacentis, quia splen cooperatur ad frigiditatem, & illa est causa fœmellæ: Item ut dicit Albertus. Quando mulier post coitum iacet in dextro latere, concipiet masculum: si autem in sinistro, concipiet fœmellam: Quia semina reclusa ad illam partem matricis fluunt, in qua Mulier iacet, & tunc talis fœtus illic formatur.

Quare mulier habet matricem?

Respondetur secundum Auerroem, in Libro qui dicitur Colligamentū. Quia est proprius locus generatiōis, et illa est sita in medio mulieris. Quia sicut ad cloacā fluunt oēs immūdiciæ ciuitatis, ita ad matricē fluit sanguis mēstruosus & immundus.

Quare quædā mulieres portant pueros longos & graciles, & aliæ portant breues & spissos?

Respondetur secundum Auerroem, ubi suprà, & etiam secundum Galenum, quia puer formatur secundum quantitatem matricis. Sed quia aliquæ mulieres habent matricem longam & strictam. Ergo pueri erunt longi & graciles: sed aliæ per oppositum dicuntur habere matricem oppositam, ergo etiam pueri per oppositum disponuntur.

Quæ

Quare Mulier aliquando concipit gemellos?

Respondetur secundum Galenum, in Libro de natura humana. Quia in matrice sunt septē cellulæ & receptacula seminis, & tot possunt naturaliter generari pueri, in quot cellulas semē ceciderit & diuisum fuerit, quia tres cellulæ sunt in dextro latere, & in illis generãtur tres masculi, & tres sũt ĩ sinistro latere, ĩ qb. generãtur tres fœmellæ.

Sed alia est in medio illarum, ubi antiqui authentici dicunt, generari Hermaphroditem, id est hominem habentem membrum utriusq; sexus. Si ergo mulier pareret ultra septem pueros, hoc potius fieret miraculosè, quàm naturaliter.

Quare gemelli sunt semihomines, & non ita fortes sicut alij? ut dicunt leges, ipsos pro dimidio homine in duellis depugnantes.

Respondetur, quia semen & materia, quæ deberet transire in unum fœtum, cecidit in duos, & ergo debilitantur, & secundum rei ueritatem, nõ diu sanè frequenter uiuunt.

DE HERMAPHRODITIS.

Quæritur, quomodo generantur Hermaphroditæ?

Respondetur per talem modum, quia in matrice

sunt tres cellulæ principales, una in dextro late-re, alia in sinistro, tertia uero in medio, in quam semen elapsum, dicitur generare Hermaphroditen per talem modum. Quia natura semper tendit ad melius, Ergo intendit semper generare masculũ, & nunquam fœmellam. Quia fœmella est uir occasione natus, & monstrũ in natura, ut patet in Libro De Animalibus. Ergo quandoq; generatur Masculus, quo ad omnia membra principalia, sed tamen propter malam dispositionem matricis, & obiecti & secundum inæqualitatem seminis, cum nõ posset perficere masculum perfectum, sic generat fœmellam, ut hermaphroditen Et ergo dicunt naturales, quod hermaphrodites sit impotens in membro uirili, ut patet per experientiam.

Quare natura non disponit in eo duo membra uirilia, uel duo fœminalia, sed semper unũ uirile, & aliud fœminale?

Respondetur, quia natura tunc faceret aliud frustra, quod est contra Aristotelem in multis locis scilicet in tertio De Anima, & Quarto Metaphysicorum, Vbi dicitur, quod natura nihil facit frustra & Deus.

Quæritur, utrum ille sit habẽdus ꝓ Viro uel Mu(liere?

Respon-

Respondetur, considerandа est quantitas unius membri per quantitatē alterius membri, & debet considerari, in quo membro sit potens in actu Venereo, & si secundum actum muliebrem, tunc est mulier, si secundum actum uirilem tunc est uir.

Quæritur, utrum debet baptizari nomine uiri, uel Mulieris?

Respondetur, quòd nomine uiri. Ratio est, quia nomina imponuntur ad placitum, & secundum nomen dignius debet baptizari. Quia omnis Vir dignior est muliere: quia omne genus præstantius est suo passo, ut dicit Aristoteles tertio De Anima.

Quæritur, utrum debet stare in iudicio loco Viri uel Mulieris?

Respondetur secundum Regulam Iuris, quod primò debet iurare, antequàm admittatur ad iudicium, quo membro posset uti, & secundum hoc est admittendus, iuxta usum & potentiam illius membri. Et si uteretur ambobus mēbris æqualiter, tunc secundum sanctā Matrem Ecclesiam non est tolerandus. Ex quo etiam quæritur, & soluitur tale Problema, Vtrum ipse poßit promoueri ad sacros ordines? Et respondetur secundum iam dicta.

DE MONSTRIS.

QVæritur, an Natura facit monstra?
Respõdetur, quòd sic, ut patet secũdo Physicorum, quia si non, tunc priuaretur suo fine, nam ex poßibilibus semper intẽdit producere id, quod melius & perfectius est, sed tandem ex mala dispositione materiæ, & influxu constellationis specialis non potens est perficere, & sufficienter producere intentum, ergo producit illud quod potest. Vt contigit temporibus Alberti, quòd in quadam uilla uacca peperit uitulum semihominem, tunc rustici suspicantes de pastore, ipsi rei causam uariã imposuerunt, & tandem ipsum cum uacca uolebant cremare. Sed Albertus, Astronomiæ expertus, agnoscens rei ueritatem, ex constellatione speciali hoc factum esse dixit, & Pastorem à manibus eorum redemit. Hæc sunt uerba Alberti:

Vidimus, bicorpora eorum in nullo erant coniuncta, nisi dorso, & habebant duo capita, quatuor pedes, quatuor manus, & ibãt ad quamcunque partem uertebantur. Verba Alberti: Vidimus hircum, nõ habentem alios, nisi pedes anteriores, & partem posteriorem, scilicet culum, traxit post se super terram.

Verba Alberti: Narrauerunt nobis, quòd duo ho-

mines fuerunt in dorso coniuncti, & erant contrariæ complexionis, & cùm unus erat furibundus, alter fuit mansuetus, & uixerunt per duos annos, & unus prius moriebatur, alter uerò tamdiu superuixit, donec ex fœtore interfectus moriebatur quæritur quomodo fiant hæc?

Respondetur, quòd per talem modum, quia semen funditur ad cellulas matricis, quod pro generatione duorum sufficit, tunc fortè quandoq; contingit, quòd interstitium pellis, medians inter duas cellulas, rumpitur, & in dorso ramificantur, & coniunguntur, habentes duo capita distincta.

Quæritur, utrum sit unus homo, uel duo?

Respondetur secundum Aristotelem, Respiciendum est ad cor, unde quando sunt duo corda, sunt duo homines.

Quare aliquando homo generatur cum magno capite, uel cum sex digitis in una manu, uel cum quatuor?

Respondetur secundum Albertum: Quod est propter superfluitatem, & nimiam abundantiam materiæ. Vnde quando materia superfluit, tunc generatur caput nimis magnum, uel sex digiti, uel quatuor pedes, uel aliorum superabundantia mem

brorum, Sed quando materia deficit, tunc generatur membrum minus quàm deberet, uel pauciora membra. Et ſic Albertus et Auerroes diſtinguunt Secundo Phyſicorum, Quantitatem diſcretam, & continuam.

Quare Mulier ſit monſtrum in natura?

Reſpondetur, ex ſecundo Phyſicorum, Omne occaſione natum, eſt monſtrum, Sed mulier occaſione producta eſt, Ergo etc. Minor probatur, quod natura nunquam intendit generare fœmellam, ſed ſemper maſculum. Sed natura generat quandoq; fœmellam, propter materiæ malam diſpoſitionē, ut prius dictum eſt.

DE INFANTIBVS.

QVare quidam in totum aſsimilantur Patri, quidam in totum matri, quidam utriq;, quidā neutri parentum?

Reſpondetur ſecundū Ariſtotelem, Si ſemen patris in totum ſuperat ſemen matris, etiam puer in totum aſſimilatur patri. Si autem per oppoſitū, tūc matri. Sed quandoq; neutri aſsimilatur, et hoc contingit uarijs de cauſis: quandoq; ex diſpoſitione primarum qualitatum, quandoq; ex influxu cōſtellationis cœleſtis. Et ſic refert Albertus

Magnus

Magnus exemplum, quòd quodam tempore erat bona constellatio pro generatione porcorum, & generabatur homo habens faciem instar porci, secundum hoc producuntur monstra diuersimodè.

Quare pueri frequentius aßimilantur Patri, quàm Matri?

Respondetur, quòd hoc est propter imaginatio nem matris de dispositione Patris in coitu. Vnde ratione fortis imaginationis, de qua memoratur tempore cõceptiõis, Pueri maximè attrahunt eius dispositionem. Aut color est, ut superius patuit de regina, imaginante imaginem nigrã, quæ peperit filium nigrum. Et rursus patuit de quadam regina Aethiope, quæ tempore cõceptionis imaginabatur de albißimo colore, & tunc peperit filium album. Et idem habetur ex artificio Iacob, qui uirgas discoloratas misit ĩ aquas, tẽpore cõmixtionis ouiũ.

Quare pueri aliquando aßimilantur auis, & atauis plusquàm parentibus?

Respondetur naturaliter, quia uirtus auorum est imposita in cordibus generantium, & potest dici, quòd fit aliquando ex similitudine Auorum.

Quare membra Pueri sunt diuersis modis disposita, quædam molliora?

Respondetur, quòd hoc est propter dominium diuersorum elementorum, quia ossa fiunt ex materia terrestri. Ergo sunt magis dura. Sed medulla & cerebrum fiunt ex materia magis aquosa, ergo sunt magis mollia. Sed spiritus uitales & animales generantur ex materia magis aerea, & hoc intelligitur de eorum membris, ex quibus resultant, sicut hepar & cor, in quibus principaliter spiritus uitales existunt.

Quare secundum usum & cursum naturæ, pueri exeunt uterum maternum nono mense?

Respondetur, quia tunc fœtus est in totũ perfectus, uel hoc ideo contingit, quia tũc regnat planeta mollifluus & beneuolus, scilicet Iupiter, quia est amicus naturæ. Nam secundum Astronomos, ipse est calidus & humidus, & ergo temperat malitiam Saturni frigidi & sicci. Et ideo omnes pueri generati in nono mense, sunt sani tã frequẽter.

Quare Pueri exeuntes in octauo mense, tam frequẽter moriũtur, et illi Pueri dicũtur fœtus lunæ?

Respondetur, quia Luna est planeta frigidus, habens dominium in fœtum, ergo sua frigiditate stringit fœtum, ita quòd oportet eum mori.

Quare puer exiens statim flet?

Respondetur, quòd propter subitam præparationem à caliditate ad frigiditatē, quæ frigiditas maximè lædit suam teneritatem. Sed alia ratio potest esse talis, quia tunc pueri habent membra mollia & tenera, quæ comprimuntur, cùm exire debent per portam matricis strictam & angustam. Et præcipuè cerebrum humidum, capite compresso, de se facit stillare quosdam humores, qui patientes exitum per oculos, causa sunt fletus & lachrymarum. Sed Theologi aßignant aliam causam, uidelicet, quòd hoc fit propter trāsgreßionē primorū parentū, & propter peccatū originale.

Quare puer cùm exit, ponit digitum in os?

Respōdetur, quia puer exiens à matrice, exit à calido balneo. Ergo intrans frigiditatem, ponit digitum in os, propter defectum caliditatis.

Quare Mulieres asserunt, quòd puer clamās in utero est malum signum?

Respondetur, quòd est malum, eò quòd non uiuus exit. Ergo dicunt Theologi. Quòd dū puer cognoscit se priuari diuino intuitu, propter carentiam baptismi, tūc clamat. Sed naturaliter respondetur, quòd clamor est signum suæ paßionis, quia si maximè non pateretur, non clamaret.

Quæ-

Quæritur quomodo Puer exit de utero?

Respõdetur, quòd primò caput exit, & si alio modo exiret, scilicet per crura uel per brachia, tunc interficeret matrem & semetipsum.

DE FOETV.

QVæritur, quõ fœtus successiuè generatur?

Respondetur, quòd in primis sex diebus Fœminæ habent colorem lactis, sed in sex diebus sequentibus habent colorem rubeum, qui est color propinquus dispositioni carnis, et tunc trãsmutatur in materiam spissi sanguinis, & coagulati, nõ fluentis, sicut massa carnea. Sed in duodecim diebus sequentibus post illos, materia condẽsatur & consolidatur ita, quòd posset suscipere fabricationem & formationem: Quia res fluida & humida non tenet impressionem, ut patet per Aristotelem Secundo de Anima, sic singulis diebus usq; ad partũ, aliter disponitur. Sed quomodo fœtus per singulos menses regatur per pla tas, hoc patet alibi, scilicet in Boetio. Et ille modus transmutationis seminis, patet in his metris:

Susceptum semen sex primis credo diebus,
Est quasi lac, reliquisq; nouem fit sanguis, abinde
Consolidat duodena dies, bis nona deinceps.

Efficiat

Efficiat totum, tempusq; sequens oriundum.

Quæritur, utrũ fœtus stercus emittat, & mingat?

Respondetur, quòd non, et ratio est, quia non habet primam digestionem, quæ est in stomacho. Quia cibus non uenit ei per os, sed per umbilicũ, & ergo nõ urinat, sed sudat, quæ urina est paruæ quantitatis, & reseruatur in quadam pellicula matricis, & in partu emittitur magna copia.

Quare in fine impraegnationis, scilicet septimo, octauo & nono mensibus, puer facilè exit?

Respondetur secundum Galenum, Quia quando fructus sunt maturi, tunc ligamẽta facilè franguntur, & sic facilè cadunt.

DE ABORTV.

QVare Mulieres comedentes cibum infectum, puta carnes rancidas, &c. facilè generant abortum?

Respondetur, quia in eis generatur semẽ infectũ q. anima abhorret, proijcit ab agro naturæ, scilicet à matrice, quia nõ est aptũ pro forma nobilißima, scilicet humana, quòd ei anima infunderetur.

Quare corporea luctatio et saltus, faciunt abortũ, ut aliquæ mulieres astutæ benè sciũt et faciũt?

Respondetur, quia per talem motum ligamenta em-

ta embryonis soluũtur, et per cõsequens sequitur abortus, quia materia diutius retineri non potest.

Quare ictus fulminis & tonitru faciũt abortum?

Respondetur, quia ille uapor est adustiuus, ratione cuius facilè lædit materiam tenerrimam ipsius fœtus, intrãs per poros matricis. Imo dicit Albertus: Si puer actu uiueret, in utero materno per fulmen & tonitru interficeretur.

Quare Mulieres iuuenes & non uetulæ, propter causas prius dictas abortum faciunt?

Respondetur, quia corpora mulierum iuuenũ sunt magis rara, poris plena, et graciliora. Ergo uapor fulminis citius corpora earum intrat, procurando abortum in eis. Sed Mulieres ueteres habent carnes crassas & compactas, ita quod uapores eas facile intrare non poßint. Ergo non sequitur talis actio in eis.

Quare multum gaudium facit abortum, ut uult Aristoteles?

Respõdetur, quia tempore gaudij matrix destituitur calore, & per consequens abortus efficitur. Eadem ratio est, quare timor facit abortum, quia tunc calor uadit ad cor, subeundo ipsi, derelinquens matricem.

Qua-

Quare in principio impraegnationis, ſcilicet primo, ſecũdo & tertio menſibus, facilè fit abortus?

Ad hoc Galenus reſpondet, Quòd ſicut fructus pomorum uel pyrorum in principio facilè cadunt, quia ligamẽta adhuc ſunt mollia & debilia, ita etiam eſt de Puero in utero.

Quare tempore impraegnationis adhuc medio, ſcilicet tertio, quarto, quinto, ſexto menſibus, difficulter fit abortus?

Reſpondetur, quia tunc ligamenta plus ſunt fortificata, uel ſolida, & per conſequens non cito corrumpuntur.

DE VARIIS.

Quare aliquibus Mulieribus maior accidit dolor parturiendo, & aliquibus minor?

Reſpondetur, propter tres cauſas, aliquando propter fœtus magnitudinem, uel quia obſtetrix eſt indocta. Etiam aliquando fit, quia fœtus mortuus eſt, quia tunc non habet flexibilitatem, ſed in exeundo eſt inflexibilis. Sed dolor minor contingens, in aliquibus oppoſitum fit.

Quare hõ non habet caudã, ſicut alia animalia?

Reſpondetur, quia homo eſt animal, cuius proprium eſt ſedere, ſed hoc nulli aliorum anima

lium caudas habentium, est proprium.

Quare balneatores cum aqua frigida, & non cum aqua calida, expellunt calorem de fornace?

Respondetur, quia illæ sunt qualitates contrariæ, quæ maioris actionis sunt ad inuicem, & sic calor in lapidibus melius repellitur.

Quare aqua calefacta magis cõgelatur, quàm frigida?

Respondetur, quòd ideo, quia talis est magis rara, et per consequens magis dat ingressum frigiditati.

Quare homines sunt magis pingues & craßi circa uentres, quàm alibi?

Respondetur, quia maxima digestio est in stomacho. Ideo partes, quæ sunt magis propinquæ stomacho, magis impinguantur & crassæ fiunt.

Quare animal post coitum tristatur?

Respondetur, quia actus luxuriæ est in se turpis & immundus, & sic omne animal abhorret talem actum, quia homines cum super hoc cogitant, erubescunt, & tristantur.

Quare ebrij non habent discretionem inter sapores, sicut sobrij?

Respondetur, quòd caro linguæ est multum poris plena

ris plena, siue spongiosa, & in se multum capit de humiditate, & magis in ebrijs, quàm in sobrijs. Ergo lingua repletur malis humoribus, ex frequenti potatione, & sic ex ista repletione caro linguæ repletur quòd organũ gustus crassum fit. Quia gustus est uena linguæ, subtili carne substrata. Ideo ꝓpter ingrossationem medij, id est, ipsius gustus, potus ab ipsis ebrijs sumptus nõ ꝑfectè sentitur. Quia ad debitã sensationẽ requiritur proportio debita medij. Et ex illo elicitur causa, quare ebrij non habent perfectum modum loquendi.

Quare animalia melancholica, habent lõgas aures? et quare huiusmodi hoẽs habẽtes lõgas aures, ut plurimũ nõ sunt sapiẽtes, sicut habẽtes breues aures? ut patet p Aristotelẽ in libris de animal.

Respondetur quòd aures generantur ex materia frigida & sicca, quæ dicitur cartilago, quæ est in potentia propinqua ad os, uel ad oßis generationem. Sed quia animalia melancholica, tali materia abundant, ergo habent longiores aures, ex quo habent materiam sufficientem & abũdantẽ, pro aurium generatione, & sic tunc aures abundantes generantur.

Quare prædicti sunt semi fatui?

Respondetur, quia animæ sequuntur corpora. Nam si sensus corporis sunt subtiles, tunc anima exercet subtiles operationes tam practicas quàm speculatiuas, & p oppositũ est de corpore crasso.

Quæritur, quomodo anima intellectiua coniungitur Puero in Vtero matris? Scilicet utrum Pater generans, disponit materiam, ad receptionem animæ intellectiuæ?

Respondetur Theologicè, Quòd in materia sufficienter disposita, Deus infundit animam intellectiuã. Et hoc idẽ uult beatus Augustinus dicens, Anima creãdo infunditur, & infundẽdo creatur.

PROBLEMATA DIVERSA, & sane utilia.



SOLVTIS, & adductis Problematibus de partibus corporis humani, ex uarijs dictis Aristotelis & aliorum Philosophorũ & Medicorum codicibus dilucidè electis, sequuntur alia Problemata utilia, quorum primum est:

Quare lepores apertis oculis dormiunt?

Respondetur, quia habent oculos præeminentes, & palpebras breues, & sic cum difficultate claudun-

clauduntur. Alia potest esse causa, quia sunt animalia meticulosa, ideo ut se cũstodire poßint, apertis oculis dormiunt.

Quare corui non cibant pullos suos ante nouem dies?

Respondetur, quia uident eos non esse eiusdẽ coloris, seu non conformes colori suo, & ideo putant esse de alio genere, sed tamen Deus Omnipotens pascit eos per illos dies, rore cœli. Vnde Psalmista: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum, inuocantibus eum.

Quare ouis & columba, animalia sunt mitißima?

Respondetur, quia carent felle. Et fel commouet ad iram, ut patet supra.

Quare aues habent testiculos introrsum?

Respondetur, quia si haberẽt eos extrorsum, impedirent eorum uolatum & leuitatem.

Quare auiculæ non mingunt?

Respondetur, quia illa superfluitas, quæ deberet conuerti in urinam, conuertitur in pennas, & patet, quia in pennis multa apparet humiditas. Alia ratio est, quia sunt in continuo motu, & ergo multum humidum in eis exiccatur per aërem & uentum.

Quare oua oblonga efficiunt mares, & obtusa fœmellas?

Respondetur, ut uult Hipocrates, Quia calidi est, mittere à centro ad circũferentiam frigidi. Vnde si oua sunt oblonga, signum est, quòd habẽt multum de calore, & ideo transeunt ad mateiam masculi. Quia in omni genere animalium, masculus est calidior fœmella, teste Philosopho. Si uero oua sunt obtusa, signũ est q calor in eis est dispersus & remissus, et ideo tẽdũt ad materiã fœmellæ.

Quare melius auditur noctu, quàm in die?

Respondetur, secundum Aristotelem, Quia nocte maior est tranquillitas, quàm in die. Quia sol nõ ita benè eleuat uaporem noctu sicut in die, ideo tunc medium est melius dispositum, & per ipsum melior fit motus, qui dicitur esse cum sono. Alia ratio est, quia in die plures fiunt motus aëris & soni quàm nocte, qui se mutuo impediunt. Etiam nocte est maius silentium, quòd est oppositum sono. Sed quia opposita iuxta se posita, magis elucescunt, ideo quanto magis opposita sunt iuxta se posita tanto se magis declarant.

Quare homo tactus sub ascellis, citius ridet, quam tactus in alio membro?

Respondetur, quia ibi est concursus plurium neruorum, et quia etiam mediũ tactus, scilicet caro, est ibi subtilior, & ergo fit maior & subtilior sensatio. Et hoc est uerum, si talis locus non nimis tangitur, quia si fieret per excellens sensibile, tũc non fieret talis delectatio, & quando sic tangitur tunc fit diffusio spirituum ex multis neruis ibi collectis, tandem uenit spiritus ad faciem, & sic unde causa est risus.

Quare lignum adustum, conuertitur in carbonem, & os adustum uertitur in corpus album?

Respondetur, quia lignum ante eius adustionem, est sufficienter humidum, & sic post adustionem acquirit sibi calorẽ, per accidens, & ille calor humidũ in ligno totum consumere nõ potest, & sic remanet humidũ post adustionem, et conuertitur in corpus nigrum, eò quòd humidum in ligno fuit satis uiscosum, & non potuit ab illo igne in totum consumi. Os autem ex sua natura est frigidũ & siccum, modicum habens in se de humiditate, quæ & adustionem in totum consumit, & sic per accidens humido consumpto, os albescit.

Quare aliqui magis delectantur colore albo, & aliqui colore nigro?

Similiter respondendum est ut supra.

Quare aliquæ mulieres plus diligunt Viros albos, & aliquæ nigros?

Respondetur, quòd huius duplex est causa. Prima est, quia aliquæ habent uisum debilem & istæ magis lætantur nigredine. Quia albedo propter sufficiens lumen, super naturam lucis quam in se habet, magis lædit uisum, quàm nigredo. Secunda causa est, quia omne simile applaudit suo simili, sed quia quædã naturæ calidæ sunt, & istæ magis delectantur nigredine. Quia nigredo sequitur calorem. Sed quædam frigidæ sunt, & istæ magis delectantur albedine. Quia frigiditas est mater albedinis.

Quare animalia dormiunt.

Respondetur, quòd propter necessitatem, quia ex longitudine diuersorum actuum organa sunt fatigata, sed per requiem quæ fit in somno, confortantur, ut patet per Aristotelem, in libro De Somno & Vigilia.

Quare studentes, statim post prandium uolentes studere impediuntur per somnum, & non tempore solatij?

Respondetur, quia cum aliquis dat mentem ad studendum,

ſtudendum, tunc calor naturalis ingreditur introrſum à membris exterioribus, & ſic per congregationem conſortatur, & ſic facit aſcendere fumum cibalem uſq; ad cerebrum, Et ſic cauſatur ſomnus per ingreßionem fumi. Vel poteſt dici quòd ideo, quia cum uirtus animalis intenditur, tunc naturalis remittitur. Sed quando homo eſt in ſolatio, tūc per ſolatium calor naturalis diffunditur, & non permittit fumum aſcendere ad cerebrum, & sic homo nō dormit, ſed dilatatur per totum corpus, & per conſequens, ſolatium impedit ſomnum.

Quare poſt labores homines libenter dormiūt?

Reſpondetur, quòd in labore calor diſpergitur, per continuum motum ad membra exteriora, qui è conuerſo poſt laborem ad interiora colligitur circa loca digeſtiua, & facit digeſtionem, à qua fiunt uapores, qui procedunt à corde ad cerebrum, & obſtruunt meatus, per quos calor naturalis ad membra exteriora deberet diffundi, & ſic frigefactis & craßis redditus iſtis membris exterioribus, ex frigiditate cerebri, tūc cauſatur ſomnus. Et hoc patet, quòd multum comedentes & bibentes, multum dormiunt, & diu, eò quòd exinde reſoluitur multus et magnus uapor, qui non poteſt

benè digeri et consumi à calore naturali, &c.

Quare multum dormientes sunt malè dispositi, & malè colorati?

Respondetur, quòd in somno colliguntur multæ humiditates, quæ in uigilia expelluntur, quæ non possunt in corpore consumi, et sic petunt citò eijci, & petunt per superficiem corporis, & præcipue ad faciem, & sic causam afferunt malæ dispositionis, seu mali coloris, ut patet clarè in phlegmaticis, q̃ præ cæteris sunt lõgioris somni.

Quare aliquibus apparet in somno, quòd comedunt, & bibunt aliqua dulcia?

Respondetur, quia phlegma eleuatum stillat ad fauces et ad guttur, & tale phlegma quodammodo est dulce, igitur in eis hoc apparet.

Quare aliquibus apparet in somno, quòd sunt in aqua, & submergũtur, & aliquibus, quòd sunt in aqua et non submergũtur, et hoc contingit maximè in phlegmaticis?

Respondetur secundum Aristotelem, Quòd huius causa est, quia quãdo materia phlegmatica fluit ad superiora, tunc apparet illis, quod sunt in aqua, & submerguntur, sed quando fluit ad interiora, tunc apparet eis quòd euadunt. Alia potest

esse causa, scilicet nimia repletio, seu ebrietas. Vnde cum homo est nimio cibo repletus, tunc fumi sursum ascendunt & multiplicantur, & inde uidentur, quòd debeant submergi seu strangulari. Si autem non potest tam maximé ascendere, tunc apparet eis, ac si euaderent.

Quæritur, utrum aliquis poßit causam somnij afferre ab extrinseco?

Respondetur secundum Aristotelem, Quòd sic, sed per istum modum, Quia si aliquis alicui remiße loqueretur ad aures, sic quòd ipse excitaretur, tunc ex commotione spirituum in capite tonitrua fiunt, uel aliquod aliud simile, & sic de illo fieret eius somnium. Et sic sæpe aliquis ex reuelatione diuina potest habere somniū de Deo glorioso, ipsum in somno honorante, Cui quidem Conditori totius uniuersi, Filioq; Virginis illibatæ condigna laus, & gloria, gratiarumq; actio sit nunc & semper, per infinita secula seculorum. Amen.

F I N I S.

MARCVS AN-
TONIVS SANCTIPETRINAS
Hydruntinus, Illustrissimo Ferran-
dinæ duci, domino Ioanni
Castriotæ
S. P. D.



VI opus aliquod Principibus dedicant, Dux Illustrissime, in operis præfatione, multa de laudibus eorum, relaxatis eloquentiæ habenis, prosequi consueuerunt, ut ea potissimum ratione illos in sui amorem alliciant, atq; obnoxios reddãt, quorũ ego cõsuetudines minime obseruare institui. Vereor enim, ut si de tuis laudibus agere uelim, idem mihi obijciatur, quod illi, qui apud La-

cedæmo-

cedæmonios de Herculis laudibus age re uoluit. Quis Herculem? scilicet aut minus de eo bene sentiat? quis illum namq; non inter immortales deos enumeret, colat, obseruet, ut tu laudare uelis, Lacedæmonij subsiderunt. Tanta enim est uirtutũ tuarum amplitudo, tãtus in omni bonorum genere splendor, ut frustra quis prædicet, quibus sis institutus, aut quo ingenio polleas. Admirantur cæteri in te naturæ & Fortunæ dotes: quidam uero ex uirtutibus iustitiam: quidam prudentiam: alij fortitudinem & magnificentiam: Ego autem unã præ cæteris admiror in te præcipuam, charitatem, qua literatos amplecteris hac tempestate, qua ob bellorum importunitates, pax una cum lit-

teris interire uisa est. Inudeo Dux in-
uictissime priscorum temporibus, apud
quos tanta erat Philosophorum autori
tas, ut sine ipsa philosophia oīm lauda-
tarum artium procreatrice, & quasi
uirtutum oīm parente, neq; Respubli-
ca neq; priuata cōstare posse ullo modo
uideretur. Philippū Macedoniæ Re
gem maximo gaudio affectū fuisse tra
ditur, q̄ Alexander filius temporib.
Aristotelis nasceretur. Quid de ip-
so Alexandro dicam? quippe qui tan
ta obseruantia Aristotelem præce
ptorē coluit, ut omissis reliquis muneri
bus, quibus ab eo fuit locupletissime do
natus, Stagirā ciuitatē suam a Philip-
po patre suo dirutam, suis precibus in
staurauerit. Verum nullus hoc ætatis
princeps

Princeps, qui Philosophos amet, nullus qui Philosophis faueat, te excepto; Quo fit, ut tibi maxime istæ Philosophiæ reliquiæ reddantur obnoxiæ, quippe qui nunquam Viris uirtute præditis fauere desistas. Verum ne Opusculum nostrum in caput, ut aiunt, excrescat, libellum nostrũ, de quibusdam quæsitis, ad utranque Philosophiam spectantibus, ex tempore æditũ, ob immẽsum beneficiorum tuorum erga me relatorum cumulum, gratitudinis erga te meæ argumentum, in præsentia suscipias, seueriora in posterum suscepturus, Vale.

ARISTOTELIS

MARCI ANTO-NII ZIMARAE SANCTIPETRI-natis Problematum Liber, Ad illustrißimum Ferrandinae Ducem, Dominum Iohannem Castriotam.

PROBLEMA PRIMVM.



VAM Obrem Sapientum omnium iudicio, Seipsum cognoscere, omnium ferè difficilimum habitum est?

An quia nihil cognosci potest, ignorata sua forma? Sui ipsius autem formam cognoscere, ut Philosopho uidetur, satis admodum difficile est. Atq; homo, Platonis autoritate, aut nihil est, aut si quid fuerit, nihil aliud est quã anima. An quia nisi actu reflexo hoc fieri nequit? Reflecti autẽ supra seipsum, maximè immaterialitatis est argumentũ. Quippe à sensibilibus affectibus seductũ oportet, q seipsum cogniturus est, hoc aũt quã difficile sit, nemo est, q ambigat. An q̃a homo intellectu uiuit? Hominis autem intellectus se ipsum non potest capere,

Primo De Anima, Capitiiii. Plato alibi de anima.

Tertio De Anima Textu cap. viii.

pere, nisi post captũ aliorũ, hoc & pdifficile est.

2. Propter quid Apollinis Pythij oraculo Socrates Græcorum omnium sapientißimus dijudicatus est? Cum Aristotelis sententia, solum circa moralitatem negotiatus fuerit, de natura nihil. Primo primæ Philosophus. Textus v. Primo de Parti. animal.

An quia ad communem hominum commoditatem magis expedire uidetur bene uiuere, quàm speculari? An quia, ut Platoni uidetur, paßim illud profiteri consueuit, Vnum scio, quòd nihil scio.

3. Cur homines præcipuè de ingenio contendunt.

An quia reliqua ex bonorum genere in aliena potestate constituta esse credunt? Quemadmodum corporis dotes, naturæ: extrinseca uero bona, fortunæ imperio subiacent. Quo fit ut unusquisq; facilè se uinci in talibus sinat, utpote non sui culpa, aut occasione contingentibus. Ingenium uerò in nostra potestate constitutũ esse prorsus autumãt, An quia animi bona cæteris præstãt, idcirco de re præstantiore contendere naturale admodum est? An quia communis est ista hominum ægritudo, ut sapienti cuidam uidetur, quòd quilibet credit se esse doctum plus, quàm sit, & cupit complere omnia quæ credit, sine studio & labore. Rabi Moses in xxv.

4. Quamob causam, cũ oẽs homines scire contẽdũt natura, pauci tamen admodũ sciẽtiæ insudãt?

An quia uirtutem posuere Dij sudore parandam, ut Hesiodo placuit? An quia corporis uoluptas, cui hominis natura maxime obnoxia est, animum à ueritatis indagine distrahit? Necesse autem est, ut qui animo uiuere cupit, corporis mortem, ut diuino uidetur Platoni, meditetur. An quia natura hominis multis modis seruire cogitur, ut Aristoteli placet? Quo fit, ut deficientibus adminiculis, naturale desiderium non deducatur in agere: non enim natura per se sufficiens est ad contemplandum.

Plato in Phædone.

In prooemio primæ philosoph.

5. PRopter quid, nudam esse Philosophiam prædicant?

Ethicorũ. Cap.x.

An quia nuda est ueritas, nullusq; uerborum color requiritur, ubi de ueritate agitur? Quippe Sophistarũ interest, de nominibus disputare, ubi rerũ sinceritas quæritur. An quia malè Philosophari, q philosophiã nõ propter se, sed lucri, aut ambitionis gratia prosequuntur. An quia nudũ à passionibus corporeis oportet esse eum, qui philosophiæ uacare desiderat? Nã ut Aristoteli uidetur, Anima sedendo & quiescendo fit prudens. An uulgarium

garium opinione hoc firmatũ est, iuxta illud Thu-
sci Poetæ: Pouera & nuda uai Philosophia dice la
turba aluil guadagno. In tesa, quandoquidem hoc
rationi minimè sit consentaneum. Facilé enim est
Philosophis ditari dum uelint, quemadmodũ Tha-
lesis Milesij exemplo perspicuum apparet.

Pyhsicæ Auscultatiõis Commẽto X.

6. PRopter quid homines maximè in opinione
esse appetunt, ut nonnulli pyramides: alij simula-
chra, signaq; & uaria sui fabricent monumenta?

An quia omnia, ut Aristoteli uidetur, perpetu-
um & diuinum esse participare concupiscunt, se-
cundum quod possunt? Inde prouenit, ut si in esse
naturæ non permanent, nituntur ut saltem perma-
neant in esse rationis. An quia ad successorum ex-
citamentum ita consuetudo tulit, quò à parenti-
bus minime degenerare uideantur.

Secũdo De Anima, Textu xxxiiij.

7 PRopter quid est, quòd hominis desiderium
circa ea quæ fortunæ sunt, in immensum crescit?

An quia, ut Senecæ uidetur, Naturalia deside-
ria finita sunt: quæ autem ex falsa opinione proue-
niunt, ubi desinant non habent.

Epist. XV. ad Luciliũ.

8. Quam ob rem Poëtæ semper Principibus ali-
quem sapientem familiarem constituunt? quemad-
modũ Homerus Nestorẽ, Agamemnoni: Euripides

Tiresiam, Creonti: Hesiodus Prometheum, Ioui: & Maro Achaten, Aeneæ.

Plato Epistola ad Dionysium.

An quia Naturæ lege ita comparatum est, ut diuino datur cernere Platoni, ut sapientia, potentiaq; in idem tendant, semperq; ista duo se inuicem affectant, persequuntur, congrediuntur?

9. Propter quid Homerus, cum de Legatis meminit, eandem uerbotenus imperantis legationem significare facit?

An quia Legatorum interest, meram imperantis uoluntatem, sententiamq; executione mãdare? quare nihil addere, nihilq; subtrahere oportere, certum est. An quia imperantis mandatum, utpote sapientis, peroptimè digestum, absolutũq; esse præsumitur? quamobrem uariatur ordo uerborum, & tanquam perfectus, cui nihil deficiat significare debet sapientum, quippe quorum est, ut Philosopho uidetur, imperare, constitutionesq; atq; decreta absoluta esse iudicare.

10. Cur Aristoteles in rebus difficilibus mira utitur breuitate?

An quia mos Sapientum est, uerba ornare sententijs? An quia ut obscurus fiat, quatenus, ut Expositoribus uidetur, Ingenia rudia deterreat, & à suorum

et à suorum operum lectione secludat? An quia inre difficili prolixus sermo de ueritate suspectus redditur? quãdoquidem ueritas consistit in paucis, An quia, ut sapienti uidetur, in multiloquio plærunq; contingit delinquere?

11. Quamobrem illustres in aliqua scientia Viri, dum in aliquo errant, grauius errant minus illustribus?

An quia proprij ingenij freti facultatibus, ualde admodum à sensibus abstrahuntur? quare necesse est eos falli. Argumento est Auicenna, qui cum sua celebritate in Philosophia dixit, Hominem ex terra naturaliter posse produci. Et maximus ille Auerroës quem nulla lex potuit persuasione conuertere, Vetulæ cuiusdam uerbis seductus est, ut sibi persuaserit, Puellam in balneo sine uiri commixtione posse concipere. Sicut de eo asseruit Cõmentator In. 2. Meta. xv. Secũdo colliget. Cap. x.

12. Quare scientes, si iniusti euadant, magis iniusti sunt minus scientibus?

An quia sæuissima est iniusticia, ferre arma? ut Philosopho uidetur. An quia contrariorum una est? Primo. Politicorum.

EX ARISTOTELE.

CVR homo, qui à Deo eruditione præditus

est, animantium omnium iniustißimus sit? An quia ingenio, cogitationeque plurimum ualet ad uoluptates: igitur & fœlicitatem rimatur maximè atque perpensat, quæ nisi cum iniuria assequi nemo potest.

13. Quam ob rem magis cupiunt uideri homines quàm esse & non uideri?

An quia solus homo honoris est particeps?

Quo fit, ut quilibet uideri bonus facilè appetat, laborem autem natura subterfugiat. Virtutes autem non nisi labore consequimur. An quia Sophistarum natura hæc est, ut Philosopho uidetur, ut cupiat magis uideri, & non esse, quàm esse et non uideri? Cæterum pauci admodum sunt, qui uirtutes ipsas uerè assequantur.

Primo Elēchorum.

14. PRopter quid quidam in adolescentia, Fœminas, dum sunt autem consistentes, aut in primo senio, mares procreant?

An quia nimis coëuntibus refrigescit semen; Quare cum in ætate consistentiæ, & primo senio minus coëant, calidius est eorum semen, quod marium est productiuum.

15. CVR Pueris coëuntibus, cum genituram non emittant, contingit delectatio?

Prim. de ge

An

An quia, ut Philosopho uidetur, et ſpiritus emiſſione pruritus et titillatio accidit? Quemadmodū in adultis, ex ſeminis emiſsione cōſimile cōtingit. neratione animalium. Cap. xxiiij.

16. Quam ob cauſam frequenter coëuntes minus delectantur?

An quia ex ipſa coitus frequentia contingit, ſemen, & ſpiritus diminui, & refrigeſcere?

Quare non ita pruritiuum, neq; titillatiuum eſt ſemē, qd' delectationis cauſam aſſerūt philoſophi.

17. PRopter qd plus lædit immoderatus coitus quam immoderata phlebotomia?

An quia ſpiritu plenius eſt ſemen et magis proximum naturæ membrorum diſpoſitum nutrimentum, quam ſanguis? Quippe ut Galeno uidetur, Subſtantialis eſt membrorum cauſa, ſperma, & ex ipſo corpus augeſcit ac nutritur, ac quemadmodū eſuriens, magis læditur ex panis, quā ex farinæ ſubtractione, Sic corpus debilitatur magis ex ſeminis ablatione, quam ex euacuatione ſanguinis.

18. Quam ob cauſam, qui prolixiori ſunt admodum pene, gignere nequeunt?

An quia per longum procedente ſemine interſtitium, neceſſe eſt ſpiritus exhalare. Quapropter frigidum, & prorſum generationi ineptum redditur neceſſario. Primo de generatiōe animalium Cap. XX.

19. Propter quid corpulenti, in coitu parum ſeminis emittunt, & frequenter ſteriles ſunt?

An quia talibus ſemen, in corporis alimentum tranſit? Nam eadem ratione, ut Philoſopho uidetur, Corpulentæ mulieres parum menſtrui excrementi eijciunt.

Particula iiij. Problematum. Problemate.v.

20. Quam ob cauſam mulieres æſtiuo tempore, mares uerò hyberno, ad Venerem ſunt promptiores?

An ut Philoſopho uidetur, Quia teſtes eo tempore magis demittuntur, & flaccent, quam per hyemem, cum qui concubiturus ſit, retrahat ac ſuſcipiat illos, neceſſe ſit.

An quia naturæ calidæ præ nimio calore æſtiui temporis æſtuant, collacunturq́; : frigidæ uerò refrigeſcunt & uigent. Eſt autem Vir calidus & ſiccus, mulier frigida & humida. Ergo uirorum tunc uires infirmantur, mulierum corroborãtur, & uigent per compenſationem qualitatis contrariæ. Eadem ratione, animalia frigidæ naturæ, ut Galeno uidetur, hyberno tẽpore frigiditate aëris opprimuntur, ut quæ mortua in cauernis accubantia reperiantur, & quæ inſenſibilia, & nullum motum habentia, quædam uerò ibidem pereuntia, unde pauco

Prima Particu: Aphor. Ca. xv.

de pauco admodum aut nullo extrinſeco tunc aliſmento nutriuntur, quæ tunc ſuperueniente calore reuiuiſcunt.

21. Cur pueris nomina ſeptimo die imponere conſueuerunt? Septimo de hiſtorijs Animaliū Ca. xij.

Aut ut Philoſopho uidetur, Quoniam ante ſeptimum diem plures intereunt? quo fit ut tunc noſmina imponātur, tanquam ſaluti pueri magis creſdamus.

22. Quamobrem præcæteris animalibus homo maximè ſuperbit?

An propter uariam & multijugam cognitionē? ſiquidem, ut Philoſopho datur cernere, Sunt omſnia ſenſibilia per ſenſum, omnia intelligibilia per intellectum: quare quid reſtat, quod eius cognitionem ſubterfugiat? An quia nexus uidetur eſſe Dei & mundi? Mediæ quippe naturæ eſt, quæ intentio æternitatis, & temporis conſtituta eſſe creditur. An quia cæteris animantibus imperat, omnia hæc caduca, ad ſui uidentur redacta fuiſſe arbitrium? An quia illud reſpondebo, hominis ſuperbiam ex ſui ignoratione prouenire? Quippe ſi ſe inter ſtercus & urinam conceptum fuiſſe reminiſceretur, ſi ſe nudum in lucem prodijſſe animaduerteret, ſi ſe

Philoſophus iij. De anima text. xxxvij

Hermetis ſententia.

Scotus Sententiarũ distin. xxxix. q. I.

cum miserijs & laboribus uitam ducere perpenderet, si tandem se mortis uinculis astrictum pensitaret, non utique superbiret.

Ex Aristotele.

CVR *homo maximè aliud intelligat, aliud faciat?*

An quia contrariorum eadem scientia est? An quia mentis officium, complura contingit: appetitus in unum tantummodo profluit? Atqui homo mente magna parte uiuit & ratione, bestiæ appetitu, ira, cupiditateq́; ducuntur.

33. *Quam ob causam, cum secundum intellectũ quædam bona esse iudicamus, illorum tamen opposita plerunq; prosequimur? iuxta illud Poëtæ: Video meliora proboq́; Deteriora sequor.*

Prima posteriorum, & VIII. Physicorũ textu. XV.

An ex naturali plenitudine libertatis uoluntas potest indiscriminatim, ut subtilibus uidetur, in oppositos actus? ut eis mediantibus libera etiã sint in oppositis obiecta, in quæ tendit: huius autem, præter uoluntatis naturam, non oportet aliã quærere rationem & causam: indisciplinati siquidem est, omnium quærere causas. Nam ut Philosopho uidetur, Principiorum nõ est altera causa. An Peripateticè respondebo, ex corporis connexione

prouenire

prouenire uoluntatem nostram, non semper confirmari ratione?

Quod argumento abstractorum intellectuũ corroboratur, siquidem in eis non est aliud uolitum et aliud intellectum: Quo fit ut incontinentes secundum concupiscentiam agere dicantur, ut Aristoteli placuit, non intellectione, aut uoluntate: apparet enim aliud quiddam, præter rationem illis inesse, quod repugnat resistitq; rationi. Vt enim resolutæ corporis partes, si ad dexteram mouere uelis, in sinistram feruntur: sic et in animo in contrariũ feruntur, in continentiam appetitus uoluntate. Adstipulatur huic sententiæ aurea illa Apostoli autoritas, dicentis: Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quod est in membris meis. Quare sapienter dictum est, ut à cœlo emanauit, corpus q corrũpitur, aggrauat animã.

Ex Aristotele.

CVR oĩm animantiũ homo prudentissimus est? Vtrum, Quia capite minimo est scilicet ad sui corporis proportionem, ut Philosopho uidetur in problematibus. An quia Natura perfectissima est, et ob eã rẽ uirtutũ habitus in eo conspectiores conti-

Auerroes. xxij. Method. xxiij. IX. & XV.

III. Eth. ca. V.

Primo Ethicorum cap. XXIX.

Parti. xxx. Proble. III. Commẽto in Libros de Hist. animali. Ca. I.

Lib. III. De Na. animalium, Cap. XIX.

Secundo de parti. anima. ca. IIII. & Auicen. in ca. de uirib. cor. tracta. I. cap. VIII. II. De anima. tex. in tertio. de par. anima. Cap. IIII.

continentur? An quia solius hominis sanguis tenuissimus est, ac mundissimus sanguis: quippe natura causa est, cur permulta animalibus ueniant, tum per mores, tum etiam per sensum: ratio est, materia enim totius corporis est. Quippe cum alimentum, materia sit, sanguis autem ultimum alimentũ habeatur, facit igitur, ut plurimum differentiæ ex istat, si calidus aut frigidus sit: si tenuis, aut crassus, si turbulentus, aut nitidus. An quia ex sui constitutione perfectissimum obtinet sensum tactus, q experimẽto cõprobatur in ipsis hominibus. Quippe qui molles obtinent carnes, acumen & acrimoniam ingenij possident: quorum uerò crassior, ac callosior fuerit cutis, hebetudinem & tarditatem. Quapropter hominis temperatura, maximè ad prudentiã sapientiãq; uidetur idõea fore, ratione q in molli corpore primus maternusq; spiritus animæ facilius fũditur, et libẽtius expeditiusq; discurrit cõtra durities et crassitudo obturat oppilaturq; et ergo repagulo sũt, ne purus et liqdus trãsmittatur, Etenim oĩbus sua cuiq; portio spũs, ad fũctionẽ & ministeriũ tributa est: quo circa fieri contra, ut à prima anima, q præcisi abiunctiq; uideãtur.

Ratio Themisti. ibidẽ

24. Quam ob causam mulieris ingenium, in bo

nis ine-

nis ineptum, in malis uerò promptißimum est? Quod & Euripides in Medea sentire uidetur, καὶ πεφύκαμεν γυναῖκες, εἰς μὲν ἐσθλὸν ἀμηχανώταται, κακῶν δὲ πάντων σοφώταται.

An propter priuationem, quæ cum sui natura uidetur esse connexa? Nam ut Philosopho datur cernere, Fœmina est qui Mas læsus, Priuationis uerò ea conditio est, ut semper malum moliatur atq; perniciem machinetur.

Secũdo De generatione Animalium Ca. iij, & vij.

25. Quamobrem aiunt, primum mulieris consilium forè eligendum?

Vtrum quia, quemadmodum in rebus ratione carentibus, cernimus à superiori Autore in proprios fines dirigi earum actiones & motus.

Primo Phisicæ Consultatiõis tex. viij.

Namq; uerißimum puto, quod dicitur, prouidentiam fuiße, quæ & turpi, desiderium honestatis, & egenti, opulentiæ quantum sit satis, iniecerit. Sic & mulieris intellectus, etsi boni ueriq; rationẽ non capiat, ad talia tantum capessenda, ab infallibili ueritate plerunq; dirigitur. Cõsilia uerò, quæ propria indagine ipsa molitur, tanquam inualida, & quampluribus erroribus infesta relinquenda esse conspiciuntur.

26. Cur mulieres corporis cultu magis delectãtur uiris.

An quia

An quia mulierum natura imperfecta est? Quo fit, ut suæ conditionis defectum, artis beneficio supplere contendant, atq; nitantur. Naturæ siquidem comparatum est, ut turpe pulchrum & honestum appetat, & prosequatur. An quia mentis decore carentes, corporis ornamento prorsus uacare coguntur?

27. PRopter quid raro longus sapiens est? Vtrum, quia corporis prolixitas ex excessu caloris, humiditatisque exuberantia proficiscitur: atqui ut sapientibus uidetur, complementum et perfectio, atque ualentia ad nostras perficiendas operationes non nisi multa siccitate perficitur, quæ aßiduè progreditur, donec nos inducat ad interitũ nostri. Siquidem corporis constitutio, à sui primordio ab ultima humiditate profluxit. Caloris insuper excellentia, authoritate Philosophi tranquillitatem mentis, iudiciumq; peruertit.

28. Quam ob causam multitudo Principum, mala? Quod & Homerus sentit:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

Vtrum quia ubicunque fieri potest, unum esse quam plura melius est, ut Philosophi fert sententia

tia. An quia ſi imperium in tyrannidem tranſeat ac conuertatur, ſatius eſt unius quam plurium ſubire iugum. An quia ad commune Reipublicæ commodum, raro imperantium multitudo reſpicere cõſueuit. Quo fit ut uno diſſentiente, maximum uniuerſitati immineat malum, Facilius quippe eſt, unum, quam plures ad bonum diſponi. In Principatu enim multorum non deſunt inuidiæ, iurgia, contentiones, rixæ. Proinde cum experimento comprobatum ſit, regnum non capere duos, quam ueriſsimè illud Ariſtoteles enunciauit: Multitudo Principum praua, unus ergo ſit Princeps.

Duodecimo prioris philoſophiæ in fine.

29. *CVr cum cæteris animalib. cor in medio ſit pectore, homini uerò ſolũ paulo uergit ad læuam.*

Vtrum ut eius partis refrigerationem moderetur atque compenſet. Omnium enim animaliũ, ut Ariſtoteli placet, maximè homo refrigeratam habet partem ſiniſtram. An ut medicis uidetur, ut hepati magis cederet: quod in parte dextra collocatum eſt.

Tertio De partib. Animaliũ cap. IIII.

30. *Quam ob cauſam mulier uirum, qui eam defloræuerit, præcipuo amore proſequitur?*

Vtrum quia, quemadmodum materia formam, ſic Fœmina marem appetit. An ob uerecundiam.

Primo phyſicorum. lxxxij.

Nam ut diuino libuit Platoni, Verecundia amorē prosequitur. Rationabile est, ut illum, qui sui pudoris uincula relaxauit, uehemēter admiretur et amet. An quia præcipuæ delectationis initium, maximam alterationem inducit in toto, qua potestates animæ maximè oblectantur, & ei immobiliter adhærent & acquiescunt: Quapropter Hesiodus Puellam uxorem ducere præcipit.

Plato in Sympoſio.

31. Quamobrem noctes plenilunij calidiores sunt, cùm mathematicorum sententia Luna frigida sit natura?

An quia Peripateticorum autoritas præferenda est, asserentium, Lumen quodlibet calefacere, quatenus reflectitur.

Auerroes j. j. Cœli. Cō xlij. & ij. Ca. de substantia orbis, & Philosophus iiij. de par. ani. Cap. v.

32. Cur noctes autumnales frigidiores sunt uernis?

Vtrum quia tunc temporis aër maximè rarus est, Rarefacta autem corpora, maximè disposita sunt, ut quàm citissimè calefiant & refrigescant.

Quod & in aqua est facile cernere, nā qui circa Pontum sunt ad Piscium uenationes, glacies aqua calida decidentes, circum fundunt calamis, ea siquidem ratione, quia citius concrescit. Vtuntur enim glacie quasi plumbo, ut calami consistant.

Nam

Nam ut Philosopho uidetur, maximè confert ad celeritatem concretionis, præcalefactam esse aquã.

33. PRopter quid corpora, autumno magis læduntur à frigore, quàm uere?

An quia uere assueta frigiditati corpora, ad caliditatem accedunt, quare naturalis, & non subitaneus est motus. Autumno autem, à calore ad frigus, nulla assuefactione, aut medio interposito, properant, quare necesse est ea proferri. Natura autem subitaneas mutationes nõ patitur, sicut Galenus sentire uidetur.

Tertiæ Peritæ artis.

34. PRopter quid homines pilosi, maximè sunt ad libidinem prompti ac procliues?

Vtrum quia in his maxima copia excrementi esse præsumitur, & Seminis, ut philosopho uidetur.

Quarto de generatiõe animalium Capite V.

35. PRopter quid homines, qui paruum caput obtinent, naturaliter sunt iracundi?

An quia paruo existente capite, cerebro, cordis caliditas, propter oppositionem contrariæ qualitatis, debito modo non potest refrigerari? Atqui ira ex sanguinis ebullitione circa cor, propter desiderium rei contristantis contingit.

36. Quam ob causam, ubi homo minxit, è uestigio comprimit anum?

An quia ſtatim aër ad replendum uacuum proficiſcitur? Quare aëris frigiditate membra alterari, & inhorreſcere neceſſe eſt.

37. Quam ob rem nonnulli ex triſticia perierunt, quidam uerò ex gaudio, ex ira uerò nulli?

An quia gaudium intima uiſcera prorſus refrigerat? Triſticia uerò interiora extinguit & ſuffocat, exteriora frigefacit? Calore uerò manente, ſtat uita, natura, ut philoſopho datur cernere. Permãſio aĩæ in calido naturali, uita eſſe dicitur.

Ariſt. Lib. De Morte & Vita.

38. Cur pubeſcentibus, dum ſemen ferre incipiunt uox immutatur?

Vtrum quia Cor, ut ſolertiſsimus Naturæ rimator Ariſtoteles ſentit, quicquid Medicis uideatur, Sanguinis & uenarum principiũ eſt? quo fit, cum in parte ſuperiori uocatũ ſit ſeminalis excremẽti mutatio, hic primum innoteſcere neceſſe ſit. Ex quo fit, ut etiam uoces cum marium, tum Fœminarum immutentur, dum ſemen ferre incipiunt.

De partib9 animal. Ca. III. et V. De generatione animali. Cap. VII.

39. PRopter quid lebetis pleni aqua ferueſcente, fundum frigidum eſt?

An quia calidi uapores ſurſum tendunt?

Quare cum ſuperiores caleſiunt fundum etiam interea frigiditate aquæ contiguæ frigeſit.

Cur

40. Cur grana, quæ æstiuo tẽpore formicæ in horreis reponunt, corrosa una ex parte reperiuntur?

Vtrum quia à Natura diriguntur, ut particulam primam, in qua uirtus seminaria constituta est, absumant, ne pullulet? Hercules, illic germinantibus proprijs laboribus, fraudarentur alimento, priuatu necessario.

41. Quam ob causam Matres ardentius amant filios, quàm patres?

Vtrum, quia magis elaborauerunt? An propter maiorem certitudinem, quam habent de ipsis, ut sentit Aristoteles. Nono Ethicorum cap. VIII.

42. Quam ob causam Pater non æque amatur à filio, quemadmodum filius à Patre?

Vtrum quia, ut sapientibus uidetur, Amor non retrocedit, sed aßiduè ad ulteriora progreditur: quandoquidem amorem natura uiuentibus inseruit, ut species ipsa perseueret: quo fit ut naturale desiderium, neglectis prioribus, semper futura respiciat. An quia Philosopho uidetur, Pater habet aliquid sui in filio, filius nihil sui in patre reposuit.

43. Cur materia ad filij productionem actiuè concurrente, secundum sententiam Aristotelis,

filij ex maiore parte, potius matris effigiem præse ferunt, quàm patris?

Vtrum quia omnes similitudines, quæ in humana natura uel specie continentur, potestate & uirtute, in semine patris sunt? Quo fit, ut plærunque filius neutri aßimiletur, sed auo, uel proauo, quandoque uerò nulli ex eorum familia similis est fœtus. An quia ex forti imaginatione hoc prouenit? Tales enim uehementi admodum amore uxores prosequi consueuerunt. Nam ut Auicennæ fert opinio, Contingit plerunq; corpus ab affectibus animalibus immutari, ualde enim admodum imprimunt res naturales. Quemadmodum euenit, ut puer illum præse ferat, cuius effigies fuerit præconcepta in ipso concubitu mulieris & uiri. Et huic sententiæ uulgares, qui rerum causas et habitudines non capiunt, minimè acquiescunt. Sapientes uerò illi assentiunt, tanquã poßibilia cõtinenti. Et proinde euenit, ut sanguis ad exteriora moueatur et profluat in eo qui rubeas res maximè quadã applicatione animi coniectat & conspicit. Eodemq; modo dentium stupor contingit, dum aliquem rem acredine participantem, comedere cernimus. Et plerunq; membra eadem in nobis languent, cum

Auicẽna in ij. Sen. Primi Cap. XXIIII.

aliquem

aliquem dolere in talibus intuemur. Sæpe etiam nostri corporis constitutio immutatur, propter timoris excessum.

44. Quamobrem asini, ut in Prouerbio est, agiliores in prima ætate esse dicuntur?

Vtrum quia eorum natura & constitutione existente melancholica ab ætate, contrariarum qualitatum compensatione necesse est temperiem prouenire? Melancholica siquidem natura frigida est & sicca. Pueri autem calida & humida. Hoc etiam in pueris uidemus melancholicis, quippe qui in pueritia ingenio maximè pollent, & ante expectatum, sapientia & prudentia fulgent, ut indiscriminatim, quicquid lubet, in posterum de eis sperare tibi polliceri ualeas, quorum tamen ingenia in ætatis progressu marcescunt. Quare quàm scitè & elegāter Elogium illud apud Græcos emanauit: Esto malus, ut uiuas, talium nanq; natura quam breuißima est.

45. Cur in Ponto et in Scythia nō sunt asini? DE natura animal. Li. VIII. Cap. XXV. et iij. De Generatione animali. ca. vj.

An quia maximè frigoris impatiens est eorum natura, ut Philosopho placet?

46. PRopter quid Clericorum & Mulierum auarißimum genus est?

Vtrum quia uirtutis habitus, ex frequentibus actionibus proficiscitur: Cum igitur Clerici filijs uxoreq; careant, suas erogare diuitias nulla necessitate coguntur, interea accipere ac congregare assuescunt, sicq; auari euadunt. Nam ut Philosophus asserit, Quales sunt actus uniuscuiusq; talis tandem & ipse euadit. Mulierum enim natura, ut sæpe diximus, imperfecta est, proinde sibi ad plenum satisfacere impoßibile eße autumant. Quare congregant & retinent, ut suæ indigentiæ eo modo, quo possunt, occurrant, & quod natura illis nõ tribuit, arte & industria assequi enituntur. Eadẽ ut puto, ratione euenit, ut senio confecti auaritiæ studeant. Aetatis nanque & Naturæ destituti auxilijs, Fortunæ bonis inhiare proponunt, ut per ea defectibus obijciant.

47. PRopter quid in bello potius, quàm extra uulnerati, minus dolent?

In Libro de Sensu & Sensibili.

Vtrum quia uirtutes animæ, ad aliam partem tendunt? Nam ut philosopho uidetur, Ad alia fortiter intenti, delata sub oculis non uidemus. An propter iram, quæ ut Sapientibus uidetur, tam interiora, quàm exteriora membra calefacit? Calore autem anima, ut Aristoteles inquit, omnia operatur

Secundo de Anima Tex. xij. & c. xxx.

operatur. Quare contingit iratum, ex illato uulnere tardius refrigescere, indeq; euenit, ut minus & tardius doleat.

48. Quam ob causam, si Solis aut lunæ cõtingit deliquium, admirantur, cum autem ex luminibus plantæ aut animalia progignantur, minimè?

Vtrum quia à rebus consuetis admiratio cadit, ut Sapientibus uidetur, & negligit anima de ipsis inquirere ueritatem. Quod autem rarò euenit, excitat admirationem, & inducit intellectum ad inquirendum & perscrutandum causas eius.

Auicēna de uiribus cordis, textu primo Capite ultimo & Boetius quarto de consolatione, Titulo quinto.

49. Quam ob causam ex seminis diuturna retentione, capitis grauedo, & memoriæ hebetudo, & cogitatiuæ mala dispositio contingit?

Vtrum quia cerebrum ex seminis exuberantia, grauet & impediat? An quia semen diu retentum mala & uenenosa afficitur qualitate, quo fit, ut uaporatio eius ad caput, lædat nimis.

50. PRopter quam causam Clerici & Monachi mortem præ alijs ægrè ferunt ac perhorrescunt?

Vtrum quia natura eorum frigidi cordis extat, & melancholica est? An quia prorsus funditusq; interire animaduertunt, quandoquidem nec in propria, nec in posteram natura consistunt, ubi ex uita migrauerunt.

51. Propter quid, cum plantæ nutriantur, & à qualibet digestione aliqua superfluitas decidatur, nullum est tamen in eis cernere excremētum?

Vtrum quia terra, eiusque calore perinde ac uere utitur proprijs? Namq; radicibus alimentum, iam ex terra confectum hauriunt, ideo in stirpibus contrahi minimè solet.

52. Propter quid plantæ, quæ frondes amiserint, denuo recipiunt pilos, & animalia, pennas quas amiserint, iterum recipiunt, hominibus autē, quibus caluitiū contigerit, nūquam capilli redeūt?

Vtrum quia anni tempora, illius corporis mutationem afferunt ita, quod primo temporum mutatione, uicißitudo gignēdi amittendiq; sequitur? Vt animalia pennas, post ut plantæ frondes, si pilos dimittant, recipiant, hominibus uerò caluitium per ætatem euenit. Aetatibus uerò reuersionem natura non tribuit.

53. PRopter quid æstas omnes ægritudines terminat?

Vtrum quia, ut Auicennæ uidetur. Si uirtus & natura constiterit, inuenit aërem resolutioni & digestioni, & expulsioni promptißimum, si uerò prostrata fuerit, calor continentis magis ipsam

prosternit,

prosternit, laxat enim corpora debilia, quapropter ægro pernicies aduenict & interitus.

54. Quamobrem æstate, si quis manus in aquam adijciat, magis refrigescat aqua mota, quā quiescente?

Vtrum quia particulæ aquæ, manum contingentes, à calore manus calefiunt? Siquidem omne agens, in materia cum patiente communicans, in agendo rursum patitur, mota autem aqua, necesse est patefactas particulas segregari, aliasq; frigidiores succedere.

55. Cur nonnulli malæ habitudinis et constitutionis plerunq; diutius uiuunt alijs, sanguineam aut meliorem naturam habentibus?

Vtrum propter regiminis peruersum ordinē? Aut melius respondebo, dispositiones meas latentes, diuersas esse. Infinitus quippe est, ut Auerroi uidetur, elementorum numerus in Naturæ suppositis, quoniam præter Naturæ autorem, intellectus non potest capere.

56. PRopter quid Medicorum sententia, Suffocatio matricis, quæ ex contentione seminis contingit, sæuior est illa, quæ ex retentione menstrui excrementi prouenit?

Vtrum quia quando aliquod excrementum perfectius est, dum in sua naturali dispositione consistit, tanto cæteris deterius redditur, dum ab ea remouetur, & ad contrariam qualitatem permutatur? Quod in aceto etiam est cernere, quippe quo melius est uinum, quod acescit, eò acetum est acutius. Eadem ratione euenit, ut qui se inuicem nimis amauerint, occurrente discordia, maiori odio se prosequantur.

57. Cur nauigantibus, terra & res, quæ quiescunt, mobiles uidentur?

Vtrum quia uisionis sensorium, mota naui, necesse est per accidens moueri? Quo fit ut sensibilium similitudines recipiantur cum motu.

58. Quare sensus uisus præ cæteris diligimus? An quia, ut inquit Aristoteles, Rerum differentias nobis ostendit? An quia eius cognitio magis quàm cæterorum à materia seiuncta est? An quia amoris præcipua uis, ut diuinus inquit Plato, in eo constituta est?

59. Cur cum sensu uisus baculus, in aqua fractus appareat, non tamen sic iudicamus?

Vtrum quia uisum errare comprehendimus sensu tactus? An quia non secundum eandem potentiam

tentiam

tentiam iudicamus, per quam phantasmata fiunt. Signum autem, quia sol pedalis uidetur, Et per digitorum permutationem, unus duo uidentur, attamen non assentimur duo esse.

60. Cur uolentes aliquid à remotis intueri, manum supra uisionis sensorium admouent?

An quia motus non interpellantur, sed à longè directi sensorium subeunt integri? Eadem ratione ut philosophus sentit, Animalia, quæ prominentibus sunt oculis, procul cernere nequeunt. Quæ cōtra, intus in cauo oculos habent positos, longè aspicere possunt: quoniam motus in uastis non dißipatur, sed recto tramite meat.

61. Quam ob causam quidam à remotis uidēt aliqua obiecta, quæ si propinqua fuerint intueri non possunt?

Vtrum, Quia res uisibiles non uidentur, nisi mediante aëre lucido. oculi uerò imbecilles, maiori copia luminis indigent, quam oculi bene dispositi. Obiecto autem procul posito, à uisionis sensorio interstitio plus luminis intercipitur: Aut quia motus, qui à sensibili remoto ad sensum debilē proficiscitur, debilis est, quem sensus sustinere potest? Quia autem de propinquis uisibilibus causatur,

fortis est, quem uisus debilis pati nequit. Quod in decrepitis est cernere, quippe qui propter uisus imbecillitatem, à remotis uident, & tenues literas in Solis lumine legere possunt. Qui tamen à propinqua distantia in lumine candelæ aut lunæ legere aut uidere nequeunt.

62. PRopter quid quidam propinqua sensibilia uident, remota autem uidere nequeunt?

Vtrum propter uisus imbecillitatem, quippe in talibus uidendi facultas debilis est & non unita, quo fit ut indigeat forti motu, ut contingit illis, quorum oculi sunt ualde eminentes, qui, ut dictum est, procul cernere nequeunt.

63. PRopter quid, uolentes directè sagittas emittere, comprimunt oculum?

Vtrum quia uirtus uisibilis, tunc ex unione speciei magis unita redditur, quo fit, ut ad suas actiones promptior reddatur atq; potentior.

64. Quamobrem, qui diu in tenebris uersati sunt, si repente maximo splendori occurrant, obcæcantur?

Vtrum quia Sapientum consensu, Natura subitaneas mutationes non tolerat? Aut quia uisibilis spiritus in talibus paucus est, qui gaudens suo

simili,

ſimili, dum lumini obeat, diſſoluitur? Aut quia iſti propter luminis deſiderium, quo longo tempore caruerant, aſpectum rerum uiſibilium & luminis diu proſequũtur: Quo fit ut uirtus proſtrata, amplius debilitetur, quod etiam in illis, qui famè longo tempore perpeßi ſunt, euenit, quippe qui cibũ magna cum auiditate capiunt, etiam plus cibi aſſumunt, quàm uirtus eorum digerere poßit, quo fit ut multi hac de cauſa depereant.

65. Quamobrem obtuſe uidentes, paruas minutasq; literas ſcribere cõſueuerunt? Mirum enim eſt, ut qui obtuſis ſunt oculis, rem faciãt, quam eorum facere intereſt, qui acumine ualeant oculorũ.

Vtrum quia proximè poſita, magna eſſe uidentur, illi autem, oculis proximè admotis ſcribere ſolent? An q a cõtractis palpebris ſcribant? Fit enim ꝑ imbecillitate, ut ſi laxatis diductisq; oculis ſcribant, aſpectus diſtractus, paſſimq; hebeteſcat, ſi adductis & conniuentibus in uniuerſum depromptus acutius uideat. Quod tamen angulum informat exiguũ, efficit neceſſario, ut exiguæ literæ ſcribãtur.

66. Quamobrem, ſi quis nocturno tempore propè tranſeat, & oculos admouet, longius uidet, quàm ſi manſerit erectus.

Vtrum

Albertus Magnus II. De anima, Tracta. III. Cap. XIIII.

Vtrum quia perspicuum terminatum, etsi minus luminis capiat non errante, diutius tamen illud retinet, quod per aliquam distantiam illuminare potest, sicq; uisui confert ad uidendum?

An quia lumen, quod ex stellis in aëre est diffusum, reflectitur à terra reflectione imbecilli, et sic distantiam aëris terram ambientis illustrat?

An quia obscuri uapores, aërem obtenebrantes, non propè terram sed in aere remotiori supernatant, quo fit, ut in aëre plus uisum impediant, quàm per terram.

67. PRopter quid qui malum aliquod operantur, oculis & uultu dißimulare nequeunt? Quod & Poëta sentit:

Heu quam difficile est crimen non prodere uultu?

Vtrum quia, ut Palæmoni & Physioni uidetur, Oculus est nuncius cordis, sicut animæ speculum, in quo omnia refulgent & emicant?

Quinto de generatione.

An quia, corporis particula infirmißima & laxior, refertaq; meatibus est? Quo fit ut omnis alteratio, quæ ex corde exordium sumpserit, quod ut Peripateticis uidetur, Omnis sensationis motus, atq; cogitationis principium est, ad oculos ilico proficiscatur.

Quam

68. Quam ob rem oscitantes, aut spiritum redentes accipientesuè, minus audiunt?

Vtrum, quia extremum sensorij auditus, ad partem spiritalem terminetur, quo fit, ut quatiatur, moueaturq; unà cum spiritali instrumento, quoties illud spiritum mouet: Mouetur enim cum mouet. An quia multus spiritus inter oscitandum aures etiam intrinsecus subit, ut motio uel sensus percipi poßit, quam trudit ad aures, maximèque post somnum. Strepitus autem uel aër, uel aëris affectio est: Igitur cum interiore remittitur exteriori illi occurrenti, efficitur ut motus interioris strepitus, motum exterioris retorqueat atq; obfuscet. Par. II. primo Proble. XVI.

69. PRopter quid nihil suæ generationis & corruptionis, ipsum potest esse sui causa.

An quia præsistere oportet ei quod mouetur, & generans ei, quod generatur, aliquod autem prius se ipso esse, impoßibile est.

70. PRopter quid mulierum corpora laxata sunt & mollia, pilisq; carentia, & minora corporibus maritorum?

Vtrum, quia fluxus menstrui excrementi? Namq; cum illo superfluitates, ex quibus pili nascuntur, profluunt, & ex quibus caro & corporis

affectus

affectus repleri possent, quare etiam corpora minora obtinent. Inde etiam proficiscitur, ut earum uenæ latentiores sint, quàm in maribus.

71. PRopter quid, dum aliquid horrendum cogitamus, terrore concutimur?

Vtrum, quia cogitatio & intelligentia rerum, uirtutem atq; ualentiam obtinet? Nam ut inquit Plato: Rationes utiq; cum ijs rebus, quas exprimunt, cogitationem quandam habere uidentur. Species siquidem calidi aut frigidi, aut rei delectabilis, uel contristantis, talis existit, qualis natura rerum, sicut Philosophi protulit sententia.

In Libro de Motibus animalium.

An quia ad compræhensionem alicuius horrendi, reuocatio caloris ad interiora consequitur, quo fit, ut partes exteriores frigefiant & tremore quatiantur.

72. PRopter quid Mares in sua natiuitate primo caput emittunt, Fœmina uerò pedes?

Vtrum, quia partes in Maribus superiores maiores sunt, in Mulieribus autem inferiores. Natura siquidem Marium calida est. Calidi uerò est, superiora mouere, Quo fit, ut superiora in Maribus maiora sint: Mulierum uerò natura frigida, Et frigidum ad inferiora tendit. Quo fit, ut inferiora mulie-

mulierum maiora & grauiora sint, & ideo grauantibus magis partibus tendunt ad lucem.

73. PRopter quid mulierum multitudo sub aliquo Duce, sine tumultu duci non potest?

An quia natura earum instabilis est? Eadem siquidem ratione Philosophus asseruit, Pastores capram non instituere ducem, quippe quia earum natura non stabilis, sed lubrica atq; mobilis est.

Sextò de natura Animaliũ Ca. xix. Nono de Natura animalium Cap. II.

An quia Mulier natura garrula est, & maledicentior, et mordacior, querula præterea, anxia, & magis desperans, quàm Vir, atq; imprudentior & mendacior.

74. Quamobrem raphanus digestioni, alijsq; rebus maximè confert, cum tamen ipse indigestus remaneat?

Vtrum quia substantia eius ex difformibus partibus constat? Sunt nanq; in eo particulæ quædam tenues, quæ digerendis cibis sunt satis accommodatæ, quibus resolutis, remanent particulæ densæ, quæ actionem caloris digerentis subterfugiunt.

75. Quam ob causam campana sonante, si baculo aut clauo quiescente tãgatur sæpe frãgitur?

Vtrum quia tunc quidam tremulus motus in ea gignitur, quo fit, ut omnes eius partes extra natu-

ralem poſitionem conſtituantur, quem motum mo=mento deperdere impoßibile eſt. Admoto igitur impedimento, particulæ extra proprium ſitum manenti, duorum alterum neceſſe eſt contingat: uel quod motus momento diſpereat, uel quod pars illa cedat, per ſui fracturam. Primum autē fieri non poteſt, quapropter neceßario aliud ſequitur.

76. PRopter quid Ciconiæ, ante cibum uentrem comprimunt, poſt cibum uerò ſoluunt?

Vtrum quia, ſui ſtipatione infirmum ſtomachi orificium claudunt obturantque? Quapropter ante cibum, aſſumpta uentris profluuium coniungūt ſtringuntq́;, ſi uerò poſt cibum occurrant, partes ſuperiores uentris eadem ſtipatione comprimunt, quo fit, ut partium ſuperiorum compreßione totus cibus extrudatur & profluat: idem etiam in conſimilibus fructibus euenit.

77. PRopter quid ſcindentes ligna, facilius ſcindunt ſecundum ſemitam longitudinis, quam ex tranſuerſo?

An quia in ligno aliquæ particulæ oblongæ intendūtur, quemadmodum uilli in animalibus, quæ per directum progrediuntur, quo fit ut in ſcißione ipſa una pars aliam ſibi propinquam trahat.

Propter

78. PRopter quid hasta percussa ex uno extremo, facilius peruenit sonus ad aurem alicuius in alio extremo directé constituti, quã ad aurẽ alterius magis ꝓpinqui, hoc ꝑcusso à latere existentis?

Vtrum quia, ut dictum est, in ligno meatus quidam oblongi sunt, per directum extensi, aëre replentur, illi autem ex transuerso, aut à latere non progrediuntur: quapropter percussa hasta aut trabe in uno extremo, aër in prædictis meatibus latitans, recipit sonum. Cum autem liberius exire nequeat sonus, facilè defertur ad aurem, in alio extremo constitutam è directo, à latere autem meatus illi non progrediuntur, quare sonus ille modò percipi nequit ita distinctè.

79. Propter quam causam tempestate nostra non sunt uiri in unaquaq; facultate celeberrimi?

An quia, ut Sapientibus uidetur, Natura hominum diminuta & imbecillis est? et ut Solino uidetur, Corrupta successione nostri prolis temporis per nascentium detrimenta? An quia à principibus Viri uirtute præditi paruipenduntur, uirtutis autẽ sublato præmio, nullus est qui uirtutẽ amplectatur? An aliter respondebo, Mundum qualibet ætate perfectum esse, nullumque esse momentum,

quo hic, quæ ad sui decorem, perfectionem atq; integritatem attinent, careat? Non enim totius habitabilis terræ perfectio nobis innotescit. An ita Natura comparatum est, ut semper posterius de suo tempore conqueratur.

80. PRopter quid apud Principes, adulatorum plurimum ualet autoritas?

Vtrum quia, ut Plutarchus retulit autoritate Platonis, Seipsos diligunt? Nimius enimuero, & immoderatus sui ipsius amor adulatores admittit, illisq; cedere cogitur. An quia ut nostra fert sententia, carent lumine mentis: Nam & in uolucrum & cœlestium genere, animalia sunt, quæ propter suæ naturæ prauitates, fœtidis gaudent, quorum etiam intuitum dies excœcat, nox illustrat.

81. PRopter quid philosophi nostræ tempestatis magna ex parte sunt deprauatis moribus?

Vtrum, quia uilipendio sunt Principibus? Aut ut ratio uidetur, quapropter philosophiam ipsam falsis criminationibus prosequuntur, credentes se talia præmia referre, quia philosophiæ fuerũt obsecuti, quare à uirtute ad uitia deficere compellũtur. An fortè quia errore ducti, credent totam philosophiæ uestẽ sibi uendicasse, arreptis quibusdã

ab ea

ab ea panniculis? Quare à nobis rectius Sophistæ quàm philosophi nuncupãtur. Hercules, Philosophorum interest, infracto animo esse in utraq; fortuna; Malè quippe philosophantur, qui Philosophiæ dediti sunt, ut à Principibus honorentur, & eorum desiderium non à natura dirigitur, sed errore, & impetu falsæ credulitatis impellitur.

82. PRopter quid irati, in principio expallescunt postea uero rubent?

An quia ex appetitu uindictæ, propter rem cõtristantem, calor & sanguis ad præcordia reuocatur, quare necesse est, partes exteriores pallescere. Vbi uerò decreuerũt executioni mandare quod appetunt, calor etiam sanguinis ad partes exteriores progreditur, quare ab eis tunc maximè timendum atq; cauendum est.

83. Cur habentes raros dentes, & paucos, sunt breuioris uitæ?

Vtrum quia argumento sunt generationis primordia fuisse debilia? nanq; si informatiua uirtus constitisset, & materia fuisset obediens, talis raritas minimè in dentibus appareret. An indicium est hoc, densum esse os capitis, quo cerebrum inualidum est, quare minus sit spirationibus oppor-

tunum, ita quòd celeriter putret, ut quod sua natura humidum sit. Nam & cætera, cum non mouentur, atque exhalant, facilè corrumpuntur. Quo etiam fit, ut homo capite piloso maximè sit, & diutius quàm Fœmina uiuat, futurarum sui capitis beneficio. An quia cibum malè conterunt? Cibi autem illa minutatim diuisio facit, ut calor facilius conficiendo expediat.

84. Cur serpentes pene & testibus carent?

Vtrum quia cruribus carent, idcirco pene carent testibus uerò ob sui corporis longitudinem.

85. Cur serpens, præ cæteris eiusdem generis animantibus, caput uertere aduersum, reliquo quiescente corpore, ualet?

An quia insectorum modo, structura uolubili cõstat, et uertebras cartilaginosas & flexibiles habeat? Euenit igitur serpentibus necessario, hac de causa. Melius uerò, ut ita uitare possint, quæ ab aduerso noceant: cum enim prælongo sunt corpore, & pedibus careant, inepti sunt ad conuertendum tunc, dum contra ea quæ à tergo incuruant, nihil enim utilitatis esset si caput erigere quidem possent, iram agere nequirent.

86. Cur chamæleo uarijs coloribus immutatur, & multiformis efficitur?

Vtrum

Vtrum quia, ut Philoſopho uidetur, Omnium ouiparorum pedeſtrium tenuiſsimus eſt, quippe qui omnium maximè inopia ſanguinis rigeat Cauſa ad mores animæ eius referenda eſt: præ nimio nanque metu multiformis efficitur. Metus enim eſt, reſtringere per inopiam ſanguinis caloriſq;.

De partib9 animalium Libro. IIII. Cap. X.

87. Quam ob rem crura, fœmora, ſuræq; hominis, carnulenta ſunt, cum cætera animalia, non modo uiperea, uerumetiam quæ cruribus conſtant, uacua carne hæc habeant? Neruoſa enim, oſculenta, ſpinoſa, rigida.

Vtrũ, quia homo ſolus animaliũ errectus incedit? Vt igitur facilè ſuſtinere ſuperiora poſſet, natura corpulẽtiã parti ſuperiori dẽpſit, inferiori addidit. Itaq; nares carnoſas fecit et fœmora, et ſuras.

88. PRopter quid animalia multum pinguia, cito ſeneſcunt, citoq; intereunt?

Vtrum, quia parum ſanguinis habent, cum copia ſunt abſumpta ad pinguedinem? Quæ autem parum ſanguinis habent, hæc ad interitum ſunt opportuniora. Interitus, quædã ſanguinis inopia eſt, quòdq; parum poteſt affici, tamen à frigore quolibet, tum à calore facilè poteſt.

89. PRopter quid ſolus animalium homo, erectus incedit?

Secundo de partib. Cõmento VII, Libro IIII.

Vtrum, quia natura calidißimus est? An quia ut Philosopho uidetur, eius natura atq; substantia diuina est. Officium diuini est, intelligere atq; sapere, quòd non facilè esset, si uasta corporis moles accederet. Pondus enim tardiorem reddit & mentem & sensum communem.

De partib9 animalium Cap. VIII.

90. PRopter quid caro oßi contigua, suauior est gustui?

Vtrum, quia per compensationem contrarij recipit temperiem? Natura siquidem carnis calida & humida est, oßis uerò frigida & sicca est: Quare ex extremis contrarijs, medium prouenire necesse est.

De partib9 animalium Libro III. Capite, III,

91. Cur inter comedendum loqui uetitum est?

Vtrum, quia ante gulam, per quam cibus & potus deuoratur arteria posita est, ad quam spiritus ad pulmonem proficiscitur, hæc autem à cibo uel potu ingrediente infestatur. Attamen Natura ad hoc molita est minorem linguam, siue lingulam, quæ arteriam operiret, hæc autem aperitur, dum loquitur. Quare cibus in eã facilè ingredi potest, quo fit ut strangulatiões, tusses, facilè imitentur. An quia locutio, cibi debitam impedit contritionẽ, quo fit, ut cibus non congruè digeratur.

Propter

92 PRopter quid uinum aqua commistum, aliquo modo citius inebriat?

Vtrum, quia aqua citius uinum discurrere facit? Eadem siquidem ratione Mustum, teste Auicenna, citius inebriat, quàm uinum, quia pars aquæ ei commista, ipsum penetrare facit. In primo Sen. Capite VIII. Auic.

93. Quam ob causam Magnates, & in maximis dignitatibus constituti, plerunq; Podagræ articulorum doloribus infestantur? Sen. in III. Capite De Regimine.

Vtrum, quia diuersis cibarijs ad sacietatem uentres ingurgitant? Atq; Medicorum sententia, Nihil deterius est, quàm diuersa cibaria simul assumere, & postea magnam eius, quo comeditur et bibitur, temporis moram in comedendo apponere. Videtur enim, postremo adueniente cibo, primum iam aliquo modo esse confectum, quare citius cibationis particulæ conformitates non retinent, inde crudi, & mali humores oriuntur, per articulos decurrentes: An propter uini puri exuberationem, & ob ocium immoderatum, exercitiumq; incongruis temporibus factum: An propter Venereum usum intensum, qui uirtutem digestiuam maximè prosternit. Hercules, his maximè timendum est, ut diuine Plotinus asseruit, ne extirpescant, & ut Galenus in Aphorismorum xxviij. Comento. & Auicenna in Sen. LXXIIII. Tracta. iiij. Capite. I.

nobis uidetur, ne etiam bruta fiant, quandoquidem gulæ & uentri, pecudum & stirpium more, obnoxij deditiq; sunt.

94. Cur subita morte occupantur, qui nimia & immoderata craßitie sunt obsiti, & præsertim in prima ætate? Vtrum quia uenæ eorum sunt angustæ? Quare à compreßione pinguedinis obturantur, ut spiritus liberè discurrere non poßit, quapropter calor innatus extinguitur, cum etiam aëris refrigerationem non capiant. Vnde Medicorum sententia, Maximè illis timendum est, ne uenæ rumpantur, aut calor naturalis suffocetur.

Galen. prima particula Aphorismorũ, Commento, & Auicẽna in Sen. LXX. Tracta. iiij. Cap. I.

95. PRopter quid in corporibus ualde pinguibus phlebotomia difficilis atq; suspecta est?

Vtrum, quia uenas exiles latentioresq; habent? An quia pingue quolibet exangue est, ut Philosopho uidetur.

Quarto de natura Animalium, ca. IX.

96. PRopter quid sit Aristotelis sententia, cum Sensibiles uirtutes in corde sunt constitutæ, ex cerebri tamen posterioris læsione memoriæ; ex anterioris uerò, imaginatiuæ, ex medijs autem impositio, cogitatiuæ, accidit deprauatio?

Secundo de partib. animalium ca. VII.

Vtrum, quia cerebrum à Natura institutum est, ut cordis calorem refrigeret, quo fit, ut diuersis

sui

ſui partibus, diuerſimode uirtutibus, organis in corde exiſtentibus deſeruiant. Non enim una et eadem mēſura caloris, omnis animæ actus profluit.

97. Cur plerunq; contingit, ut Filij, qui non legitimo thoro concipiuntur, ſolertiores, Parentibusq; magis ſimiles progenerantur?

Vtrum quia uirtutes animæ Parentum, ipſo in coitu ſunt uehementer intentæ. Tales enim maximo amore ſe proſequuntur, quare cum eorum affectus non diſtrahantur, neque fœtus natura uariabit, idq; maximè ueritatem continet, ubi cum tranquillitate animi copulantur. Nam coëuntibus cum timore, & ira ſeu triſticia, plerunq; Filij diſsimiles gignuntur.

98. Quam ob cauſam, cum mors natura contingat, hominibus, quàm cæteris animalibus terribilior eſt. Secunda de partib. Animalium ca. X.

Vtrum quia Natura hominis, ut philoſophi fert ſententia, non ſolum uiuendi ſed etiam bene uiuendi rationem obtinuit. Solum quippe hominū genus ex animātibus nobis cognitis, Diuinitatis eſt particeps, cæteris autem animantium ſola uiſus cura eſt, in quo, ut Plinius inquit, ſpōte Naturæ benignitas ſufficit, uno quidem uel cunctis præferenda Naturalis hiſtoriæ ca. IIII.

bonis

bonis, quod de gloria, de pecunia, ambitiõe, super que morte non cogitant. Quare cum hominum genus, nobiliori uita priuetur, dum occidit, grauis & permolesta sibi præ cæteris mors est. An quia cætera animantia, circa præsentia uersantur, solus animalium homo futura prospicit?

99. Cur si mors natura euenit, ultimum terribilium esse censetur?

Vtrum, ut philosopho uidetur, quia ultimum est, nec quicquam bonum uel malum præterea mortalibus uidetur esse? An quia insequimur naturam quæ necessitatis est origo, non autem naturam formæ & finis, à qua est boni ratio, quam cuncta appetunt? An forte illius ultimum terribilium, mors est, quia ita uiuere instituerunt, ut se immortales esse cogitarent? An illos maximè terrore quatit, qui prauis moribus uitam peregerunt? An qui uirtute uixerunt, illis quippe mors molesta non est, quod etiam Poëta sensit.

La morte è fin duna pregion oscurra,
Agli animi gentili, aglialtri è noia.
Channo posto uel fango ogni lor curra.

An quia à uiolenta, & immatura morte occupantur, maximè tristantur? Quippe qui senio con

fecti

fecti interierunt, sine dolore fere & terrore moriuntur. Senum quippe natura est, sicut lucerna extinctioni parata. Et ut diuinus inquit Plato: Inter omnia mortis genera, mors quæ natura prouenit, leuißima, & cum uoluptate potius quam cum dolore contingit.

100. Quam ob causam, cum homo sit naturæ terminus, aliorum cõparatione, breui uita à natura donatus est? de quo etiam Poëta conqueritur.

Viuere cornices multos dicuntur in annos.

Cur nos angusta conditione sumus?

Vtrum, quia nostris illis conditoribus, de nostro genere consultantibus, rerum caducarum perfectio, duratione temporis minimè mensuratur? Accidere enim inanimatorũ corpora, multo quàm hominum, ratione præstantiora esse. Et ut philosopho datur cernere, Præstat breui tempore læta ri uehementer, quàm longo leuiter. An quia natura de poßibilibus facit, quod melius est semper? Quod fieri autem non potuit, ut humani corporis constitutio, & diuturnitati, & animæ operationibus conueniret. Nam sapiẽtum autoritate, aliud temperamentum requiritur, primo uitæ, & aliud primo uitæ operibus. Vtrum diuturnioris, sed deterioris,

De par. animali. Libro IIII. Ca. IX. & lib. II. De cœlo Tex. XXXIIII.

teriors, an breuioris quidem uitæ, sed melioris efficerent, uisum fuit, ut diuinus inquit Plato, Vitam breuem melioremq;, diuturniori & deteriori esse omnino anteponendam.

101. Quam ob rem nudum & inermen hominem, Natura primo genuit?

An quia Natura nihil irrationabiliter, neque frustra? Cum autem homo prudentißimus sit, rectè pluribus instrumentis uti potest. Manus autem non est unum instrumentum, sed multa, quare non benè sentiunt, ut Philosophus asserit, qui inquiũt hominem nobilem, sed deterrimè omnium animalium constare, nudum enim atq; inermem creatum referunt. Cætera animalia tamen cõmune auxiliũ retinent, idq; nullo pacto permutare possunt: at homo, pro sui arbitrio, arma permutare potest. Manus enim & ungula & cornu, & hasta & ensis, & quiduis aliud genus armorum est. Cum igitur homo intellectu & manu à natura donatus sit, de sua nuditate & conditione conqueri non potest. An materiæ nobilitas, ex qua corpus humanum fuit constitutum, cornibus, aut alijs consimilibus instrumentis non erat idonea?

10.. Quæsiuit Dominatio uestra, propter quid

unum

uinum positum in uase constituto in aqua, salenitro commista maximè refrigescit?

Dixi cum alijs, hoc fieri per antiparistasin, uiã per quam contrarium à cõtrario intendi solet. Verum quia teste philosopho, Veritatis causa philosophorum interest, nedũ aliorum, uerumetiã propria dicta emendare, sicut mihi datur cernere, ista solutio non satis facit. Nam primo de genere & corruptione, actio fit merito cõtrarietatis. Et tertio Physicorum, & nono Metaphy. Omne qd agit, agit, in quantum est in actu, et non in quantũ est in potentia. Et hoc est principium per se notũ, & ab omnibus concessum. Manifestum est autem, quod salenitrum nõ est actu calidũ. Nam de sensibilibus qualitatibus rectus iudex est sensus tactus, à potentia autem calida, quõ antiparistasis prouenire poßit, non uideo. Ideo aliter dicendũ puto, quòd salenitrum est actu frigidum, et aqua ibi cõmista est uino frigidior. Magis autem frigidum minus frigidum magis refrigerat. Medici causam asserunt, Salenitrum esse potentia calidum. Comparatio est humani corporis non absoluti natura. Reubarbarum benè hominem calefacit, sed equum frigefacit. Medicina enim est de humano cor-

pore,

pore, ut de subiecto, & ad hoc non aduertebant.

103. PRopter quid plerisq; hominum philosophia uisa est res mirabilis & diuina?

Vtrum quia sicut corporis medicina, ita, ut inquit lucidißimus Themistius, animæ Philosophia perfectio est? An quia Philosophiæ studium, nostram erga Deum obseruantiam, pietatemq́; multum adauget, & tanquam cōcalefacit? Nā cognitis his, perfectè facit Deus, in admirationem, commendationemq́; sui, omnium animos, atq; corda cōuertit, hanc autem admirationem propensa charitas, fides ac spes certißima consequuntur. An quia mirabiles quasdam, ut Philosophus inquit, uoluptates sui certitudine & synceritate parit? An quia nos similes Deo reddit? An quia ꝑ eam, ut Senecæ sententia tulit, unus homo cōtrahitur liber.


104. Cur tyranni literatos uiros odio persequuntur? Vtrum propter morum disparitatem? Enimuero ita fortuna tulit, ut semper ab improbis moribus laceßita iniurijs sapientia fuerit. An quia uerentur, ne seditionē in ciuitatibus sua doctrina aut autoritate moliantur? An quia literis culti, sæpe eos suggillare, & mores eorum taxare consueuerunt? Nam ut inquit Plato, Poetæ quippe uim

uim maximam inter utranq; partem habent, & ad laudandum & uituperandum. Quare unusquisq; cui fama curæ est, maximè sibi cauere dicitur, ne Poeticum hominem infensum habeat. Quod maximè Minois exilio confirmat, quippe qui cum Homeri & Hesiodi autoritate laudatissimus fuerit, cuiusdam tantum Poetæ odio, fama apud homine increbuit, ipsum rudem durumque hominem extitisse, Et an, quia tyranni plus se uirtute præditos diuitijs superare credūt, quam ipsi ab illis, literis, doctrina sæpe superantur? Proinde euenit, ut anima, quæ mutuam quandam compensationem, diuinarum literarumq; paritatem expostulat, coniungi ac conciliari non possit.

FINIS.

ALEXAN-

DRI APHRODISEI SVPER NON-
nullis physicis dubitationibus Solutionum
Liber, Angelo Politiano
Interprete.



ROBLEMATVM A-
lia, suapte natura credibilia
sunt, & nota, omnisque ambigui
tatis & quæstionis expertia.

Quis enim quæso mentis compos dubitet, cur uolatilibus pennas natura sit elargita? Quiuis enim prudens dixerit, fomenti gratia, quasi uestimẽtis primo circumdata: tum ob speciem, quemadmodum greßilibus quoque animantibus dati sunt uilli, serpentibus cortices, squamæ aquatilibus, aut testæ, uelut ijs, quæ testacea nũcupantur. Cur præterea alijs quidem cornua, alijs autem aculeos, alijs acutos ungues, aut rostra, aut eiuscemodi quippiam tribuerit? Hæc enim omnia, uelut agnatis quibusdam hastilibus, quo sese ipsa ab iniuria tuerentur

tur armauit. Cumq; omnes natura fructus, omniaq; semina tum ad generandum, tum ad genus excipiendum fabricata forent, corticibus ea, aut corporibus quibusdam mollibus, aut lignum aut cutem imitantibus communiuit, & quasi intra scriniolum occuluit, ut rigoris, aut caloris, aut animantium etiam quorundam iniuriam deuitarent. In plerisq; autem ne ipsum quidem inuolucrum reliquit inutile, sed idoneum cibatui parauit. Plantas uerò ipsas frondibus, cortice, cæterisq; similibus, pinnarum uillorumq; uicem conuestiuit: ut quas præuiderat immodico frigore aut æstu offendi posse, labefactari: quin & earum quasdam etiam spinis quasi spiculis armauit, quibus animantium iniuriam propulsarent. Florumque uarietate partim ad speciem, atq; ornatum coronauit: partim uti uice præconum instantem fructuum paritudinem præmonstrarent. Igitur qui nota hæc dilucidaque sibi postulant explicari, sunt procul dubio mente capti. Qui autem ambigunt, an sit igni insitus calor, ij tangendi non habent sensum: qui dubitant utrum natura ac prouida ratio consulat ijs rebus quæ oriuntur & occidunt, quique ordinem, motum, positum, ductum,

colores cæteraq; his similia non credunt, supplicio digni sunt.

Hæc itaq; suapte natura nota sunt. Alia rursum inexplicabilia penitus, soli cognita Deo, scilicet, illorum essentiæ autori. Nam artifex, qui sit opus aliquod solertius machinatus, omnes illius actuum tenet causas. Qui uerò eius operis sit imperitus, causas quoq; ipsas penitus ignorat. Inexplicabiles autē quæstiones huiuscemodi sunt, cur quibus alæ, aut plantæ aut latera titillantur, rident, cùr ue non nullis, cùm marmora atterūtur, aut secantur, cùm stridet ferrum aut limatur, ipso confestim auditu dentes obtorpescunt. Cur dentium stuporem, qui è frigidis pomis proueniat, portulaca tamen, quæ et ipsa frigida est, sanat. Neque sunt contrariorum contraria medicamenta, sed similia. Aut cur Magnetes lapis ferrum tantum attrahit, deq; eius scrobe uiuificatur, succinum uerò tantum folia arida ac festucas aggregat, eisq; adglutinatur. Et leo solum gallinaceum pauet, Villaris autem gallina edito ouo, festucis undequaque corpus purificat. Coturnices ueratro, quod toxicum homini, uescūtur, Sturni cicada. Ascamonia flauam bilem trahit: Colocyntha uerò & Agaricum, & album Veratrū,

Epholbionq;,

Epholbionq́;, & Coccus cnidius pituitam, nigrum autem Veratrum, & Epithymum, nigram bilem. Quibusdam uerò sedatur uenter ijs, quæ perpurgant: contra uerò ijs quæ sedant, perpurgantur. Tum alio alius cibatu magis delectatur, eumq́; facilius concoquit: Quis autem ignorat marinam torpedinem, uel per ipsam lineam torporem in corpus adigere? Mulum autem, si manu contineatur, contra torpedinem ualere? Infinita deniq́; huiusce modi enumerare poßim, quæ sola experientia cognoscuntur. Quapropter & à Medicis proprietates arcanæ appellantur. Quod enim de horum proprietate affertur, arcanum propemodum est ad causam afferendam. Prauè enim quidam solutiones horum proponũt quàmplurimas, quæ inutiles penitus, improbabilesq́; sunt. Dicunt enim purgatoria, quæ calidißima sunt, humores trahere, quod proculdubio falsum est. Oporteret enim quodcunq́; esset calidum, idem & purgatorium esse. Nunc autem piper, cum sit calidum, nõ trahit, sed concoquit, solidatq́;.

Eodemq́; modo & Mastiche & Aloe. Dicimus itaq́; non reciprocari sermonem. Nam si quocunq́; aluus ducatur, id habitum quidem calidũ, uim autẽ

uacuefaciendi habet: non continuo tamen, quicquid est calidum, uim quoq; habet ducendæ alui. Dicunt autem & Strutochamelum ferrum concoquere: non proprietate quidem aliqua sed caliditate, quod profecto absurdum. Leo nanque qui hoc animante calidior est ferrum tamen non coquit.

Neque uerò apud medicos tantum proprietates quædam sunt, sed apud philosophos, item ac grammaticos, ut ea quæ πάθη, hoc est, affectus appellantur usibus adnotata. Quocirca de ijs duntaxat quærendum, quæ medium quendam locũ obtinent: neq; ad cognoscendũ ancipitia sunt, & sub explicationẽ cadere possunt. Quæ enim falsa dicuntur, ea sunt omnibus nota: quæ ueritatem præseferunt, horũ nota sunt alia & conspicua, alia obscura & inexplicabilia, partim uerò mediæ cuiusdã sunt naturæ, quorũ nunc expositionẽ aggredimur. Omne autẽ ꝓblema, aut ex habitu ipso soluẽdum, aut ex coagmẽtatione, aut ex actione, aut è cõsensu erga aliquod simile, aut è colore, aut per sensus deceptionem, aut per nominis participatum: aut quia eius rei uires magis minusuè agant, aut quia durius quidque rariusuè sit: aut maius aut minus, aut à tempore, & ætate, & consuetudine, aut essentiæ

ratione, aut ex accidenti, aut similium rerum conditione, qualia quæ in problematis dicuntur. Inuenies igitur, si has tibi præponas formulas, quacunq; de re ambigatur, uocare in disputatiōem poßis. Quoniam uerò haud ijs tantummodo acquiescendum est, quæ ad uniuersum feruntur, sed tanquam manu ducendus, qui eruditur: age iam solutiones ipsas aggrediamur.

I.



VR Homerus homines à canicie temporum, πολιοκροτάφους appellauit?

Quoniam plurimum inde cani incipiunt: quia priora capitis, humiditatis, pituitatisq; plus habent, quàm posteriora.

2. Cur tantum priora capitis caluescunt? Quia mollia, laxaq; sunt. Cum igitur capillus ob naturalem siccitatem careat alimento, facilè ijs partibus defluit: haud enim facilè hæret, uelut in occipitio, quippe quòd & siccius sit, & conspißatius.

3. Caluitium autem à siccitate ortum habet. Hinc fit, ut qui crispo sunt capillo, quòd siccius caput habeant, citius caluescant, serius canescant siccitate consumente excrementa pituitatis.

Sunt uigiles præter cæteros. Somnus enim ex humiditate oritur. Argumento sunt infantes humidi pariter somniculosi atq; excrementosi. Et humidi effectus & ebriosi, et qui crebrius lauantur, minus quoq; excernunt per meatus, ut per nares, per os, per oculos. Qui uerò molliore sunt capillo, ut quibus est humidum caput, eis contra euenit. Rarius enim, aut nunquam caluescũt. Sed et uitio generis caluitium accidit: ut & podagra, & alij quidam affectus cognatione generis excipiuntur. Citius autem canescunt, somnolentiq; sunt, atq; excrementosi. Cani autem albi: imitantur enim pituitæ colorem, unde ipsi ortum habent. Sunt interdum propemodum aureoli, cùm uitellina bilis pituitæ sit immixta.

4. Cur senes excrementosi & uigiles? Excrementosi quidem sunt, quoniam ætate frigidiores, imbecillioresq; cum sint, minus cõcoquunt, multaq; per meatus excrementa contrahunt. Cum uero solidis ipsis corporibus sicci sint, uigiles quoq; ob idipsum sunt. Infantes enim et foraminũ contextu, et solidis ipsis corporibus humidi sunt.

5. Cur pueri, qui & humidi natura sunt, & excrementosi, canos tamen minimè producunt?

Quo-

Quoniam humidi calidiq; sunt. Pituita autem humida est ac frigida: sinciput quoq; habent quasi cuteum & rarum, quo superflua excernantur. Id ætate durescit, fitq; osseum, & denscscit, Vnde & suturas ei natura postmodum tribuit, per quas superuacui uapores efflarentur. Solutio ex habitu & coagmentatione corporis.

6. Cur fœminæ ac spadones ocyus canescunt? Fœminæ quidem, quod & natura sunt frigidæ, & minus exercentur, pluraq; ob id excrementa contrahunt, ac tum præcipuè, cum earum iam menses quieuerint. Spadones uero, quod semen iam non edunt sed excrementum, quo semen gigni debuit, per uniuersum corpus unà cum sanguine diffundunt: id autem pituitatis naturam habet.

7. Sed cur pilis carent? Fœminæ quidem, quia frigidæ sunt, densosq; habent corporis meatus: frigus enim condensat. Hinc fit, ut qua pili erũpant, uia nulla sit. Spadones autẽ, quia & humidi sunt, & supra modum excrementosi: hac enim ratione fit, ne locis humidioribus herbæ pullulent: neq; itẽ siccis & lapidosis, ut quæ caluicium imitentur.

8. Cur spadonibus ut plurimum pedes distorquentur? Quoniam ob eam, de quo diximus, super

uacaneam humiditatem, partes corporis uuidas mollesq́; habẽt, atque ob id imbecilles: quapropter cum totius corporis onus crura nõ ferant, torquentur, ut si pondus harundini iniicias, flectatur. Nam quod durum siccumq́; est idem & ualidum est, & actioni renititur: quod autem humidum ac molle, id actioni resistere nequit: est enim imbecillum. Argumento sunt & ligna, & coria, & uimina, atque item homines. Balneis enim & poculis debilitantur, uictus norma modicè desiccantur, ualidioresq́; ad agendum euadunt. Quo efficitur ut spadones muliebres quodammodo sint atq́; imbecilli, similiterq́; uinolenti, ut quibus pituitatis plurimũ insit. Nam cum frigidi sint, cõtrariũ inducere affectãt. Vinum autem suapte natura calidum est. Aethiopes uerò, utpote naturæ siccioris, capillo sunt crispo, macilenti, musculosi, ualidi ad opus.

Sed cur uoce acuta sunt? Rursus enim humiditatis copia implens asperã arteriã, eam coarctat, hinc spiritus per angustum means, uocis acuitatem efficit per latum, ut in uiris granditatem. Argumento esse possunt foramina tibiarum. Abundare autem illos humiditate manifestum est, quod leues sunt, quodq́; iis in muliebrem modum mammæ in-

crescunt

crescunt, palpebrasq; habent turgidiores suntq; tenui capillo, & incano.

10. Cur nonnulli spadones rem veneream modo aliquo affectant atq; interdum amant? Quia multis circa pubertatem execti testes, confractiue fuerant, suntq; uelut imperfecti spadones: quidam uerò calidiori sunt iecore, ac seminalia uasa magna habent. Imaginantur itaq; usum, quod uerò cupiunt, minimè peragunt: Verenda enim ipsa marcēt. Nam qui ea inflet spiritus, perpetuo deficit: is à semine ortus, per seminales meatus, ijs de partib. ferebatur, quæ circa lumbos sunt: at in pueris seminales meatus occæcati.

11. Quare cum tres humores simplices uniformesq; sint, non tamen tres uniformes ægritudines simplicesq; progenerant, sed plures. Duplices enim in unoquoq; accidūt perpetuæ scilicet et intercisæ: quia non ex ipsis tātum humoribus morborū differentiæ proueniūt, sed et à locis. Calidus enim & tenuis humor, acutam, breuem, atq; ardentem gignit febrim: frigidus autem & crassus obtusam & longā. Sic et lignorū, quæ quidē sunt calida & aridißima, ueluti tædæ et lauri, ingentem excitant flammam, citiusq; exuruntur, uiridia uerò & humi-

humida humilem & fumidum ignem edunt, serius que exuruntur. Rursus si locus quidem ipse spaciosus sit atq; amplus, citius ac maximè accendit humorem, quoniam cum simul sit coaceruatus, unà omnis penitus putrefactus accenditur. Si uerò tenuis sit & angustus, cùm uniuersum minimè capiat humorem, sed particulatim, quia non simul omnis sit, putrescat: febrim quidem exilem excitabit, sed quæ diutius ardeat. Admisce igitur humoris naturam ac locum, omnemq; earum febrium differentiam inuenies, quæ ex humorum putrefactione proueniat. Si enim in magnis conceptaculis, ut in uenis puta, & in arterijs, flaua bilis putrescat, cũ calida sit, ardentißimam, acutam & breuem accẽdet febrim, qualis est qui Ardor appellatur. At si in paruis uenis & arterijs, quæ circa cutem sunt putrescat pituita frigida, languidam & diuturnam efficiet febrim, ut quam quotidianam dicunt: Præterea extrema quoq; ipsa permutantur. Quod si in paruis conceptaculis flaua putruerit bilis, febrim faciet minorem breuemque, sed longiorem tamen aliquando, quàm est Ardor, ut tertianam, aut simpliciter acutam. At si in magnis conceptaculis pituita putruerit, breuiorem aliquanto faciet, quã

est quoti-

est quotidiana. Similiter & nigra bilis, si in magnis putrescat uenis, quoniam uno tempore uniuersa quodammodo exuritur, breuem faciet febrim, per quartos: si autem in paruis, diuturniorem quartanam. Concurrunt enim frigidus humor & crassus, & alterationi minimè idoneus atq; angustus locus, qui uniuersam simul bilem exuri consumiq; non sinit.

12. Cur nonnullis, ubi pudore afficiuntur sudant alæ? Quia maximè raris sunt meatibus. Natura autem auocans ab eo sese, quod sit honore aut reuerentia dignum, modicè unà cum sanguine maximas in uenas, arteriasq; fugit, eæq; repletæ destillant. At gaudentibus euenit, quoniam remittitur, rarescitq; corpus maximè uerò alæ.

13. Cur timentes pallent? Quoniam natura nostra, eaq; uis cui corpus est curæ, nihil ab externis pati uult. Atq; ut nos intra domos confugimus, ita et ipsa securitatis satagês in corporis intima, quo ad eius fieri potest, se conijcit. Atqui & sanguinem, quem pro cibo uehiculoq; habet, eum scilicet qui optimus sit, secum trahit. Is autem est sanguis, qui roseo cutem purpureoq; colore inficit.

14. Sed cur eidem tremunt? Quoniam animalis

malis uirtus consensu naturæ neruos destituit, quos prius seruabat, ij uerò corporis partes tremoris expertes fierunt: hinc fit, ut & uenter ijs soluatur & mingant de improuiso. Nam qui musculi excrementorum meatus obstruunt, nunc imbecilles facti superuacanea remittunt.

15. Cur quos pudet, rubent? Quia natura sua sponte, cōscientia quadam quod honore sit dignum reuerita, quasi nobilis puella, modicè sese in corporis intima contrahit. Mouetur autem unà secum sanguis, ac funditur: unde etiam cutis sanguinis colore inficitur. Alij sanguinem à natura obtendi, quasi uelamen dicunt, quemadmodum & nos à natura uelut admoniti, manum faciei prætendimus.

16. Cur nonnulli metu extincti? Quoniam fugiēs supra modum naturalis uirtus, seq; in corpus intimum unà cum sanguine recipiens, insitū uiuificūq; calorē eum, qui propter cor gignitur, confestim suffocat, atq; extinguit, quare & corruptionem inducit: Hac enim ipsa ratione et oleū, cum plurimum, ac subito in lucernæ flammam inditur, eam extinguit: habet autem sanguis qui est in corde, proportionem ad lucernæ flammā. Quosdā et immodicus dolor ratione eadē exanimauit. Resolui-

tur

tur enim in siti caloris internus motus, ut operculo obtectus ignis extinguitur.

17. Cur multi uinolentia exanimati? Quia rursum uini copia naturalem uiuificamq; uirtutem caliditate suffocat. Præcipue uerò hoc ijs accidit, qui insitum calorem exiguum atq; imbecillū possident. Quod enim & plurimum est et ualidum, reniti magis potest, spacioq; temporis copiam coquit: quemadmodum & flammæ copia maiorem quoq; olei infusionem tolerat.

18. Cur senes tremunt? Quia rursum naturalium uirtutum nerui, ac particularium musculi, cū sufficientem motiuam uirtutem minimè capiant, haud quaquam pariter ad tolerandum corporis onus annituntur. Fit autem tremor, quoniā corporis pondus particulā deorsum trahit, animalis aūt uirtus sursum, hoc cum et fiat successiōe, et continenter, tremorem ciet: hinc etiā cernui ingrediuntur, atq; ad humum uergunt, quorsum eos natura detrudit: hinc & bacillorum adminiculo pro tigillis sustentantur, obq; hanc ipsam uirtutum imbecillitatem stercus de improuiso, urinamq; deijciunt.

19. Cur piper & sinapi integra si deuores, uentrē minimè excalefaciūt, si trita, excalefaciunt?

Quia quæ uirtute tantum, non autem & actu suas habent qualitates, aliquo extrinsecus indigent adiumento, ut uirtutem in actum producant. Ipsa igitur tritura attenuata, atq; in intimum corpus per meatus penetrantia, tum à sua insita caliditate cō mota, agunt hoc pacto.

Eademq; ratio est & cæterarum qualitatum.

Sunt autem ex ijs, quæ per qualitatem agunt, nōnulla, quæ actu ipso qualitatem habent, ut aqua potabilis, ptisana, lac. Humida enim & frigida sunt, neque ullo extrinsecus indigent ministerio ad refrigerandum atq; humectandū, sed statim propereq; agunt. Similiter et sal, et terra et eiusmodi: siccæ enim sunt natura et uirtute, et aspectu, et actu. Mare enim, & salsugo, & uiua aqua humida sunt & imaginatione & aspectu, sicca autem & uirtute & actu. Lini uerò semen, & panis, sicca imaginatione & aspectu, humida uerò sunt uirtute & actu.

20. Cur nōnulli noctu nihil uident, die uident? Quoniam uidendi spiritum craßiorem habent, neque qui aëra pertransire usq; ad uisibile poßit, noctu uerò craßescit, quoniam solis absentia refrigeratur. Vel (ut alij dicunt) quoniam interdiu à

tenui

tenui calidoq; aëre attenuatur, noctu uerò densatur. In fele autem & hyena & noctua contra accidit. Interdiu enim nihil cernunt: noctu exactè cernunt: Habent enim uidendi uirtutem tenuißimam, maximeq; perspicuam: quæ cum noctu modicè crassescat, suscipiendo obiectui idonea fit, interdiu autem, atq; in claro lumine uehementer attenuata resoluitur, atq; dispergitur. Vnde & leones, qui eiusmodi ferè sunt, per solem ingredi nequeunt, & ignem interdiu cernentes fugiunt. Est & eorum uidere pupulam uehementer splendidã, habentq; humida oculorum maximè perspicua.

21. Cur repentinum uehemensq; gaudium nonnunquam exanimat? Quia uitalis uirtus, & insitus calor cum immodicè extrinsecus fertur, egeritur, atq; resoluitur: unde & sudant, & rubent, quoniã sanguis adest. Insitus enim calor, atq; ipse ignis, tum caliditate, tum quod loco suo demigrat, sursum uersus mouetur, rursum uerò pabuli appetitu deorsum. Vtrolibet autem horum motuum pereunte, ipse corrumpitur.

22. Cur dolentes, & amantes, & irascentes suspirant admodum, & frequenter? Quoniam dolentium anima ad ipsam doloris causam conuersa

eſt, cupientium, ad id quod cupiunt: iraſcentium, ad id qđ iram ijs concitat. Igitur intenta anima ad id quo mouetur, negligit, & quodãmodo obliuiſcitur motiuã pectoris muſculis uirtutẽ præbere. Cor itaq; ipſum, neq; pectoris dilatatione aërẽ accipiens, ideoq; neq; perflatum, atq; refrigeratũ, neq; item cõtractione excernẽtes ſingultifica excrementa, quæ de ſanguinis exuſtione gignũtur, dum ſuffocationem metuit, animã cogit atq; admonet, ut quam plurimũ muſculis motum præbeat, maioremque inſpirationem atq; expirationem efficiat, ut maiorem quoq; uim frigidi aëris accipiat, maiorẽque uim excrementorum efficiat, ut quod exiguæ crebræq; reſpirationes facturæ fuerant, idem maior una efficiat. Vnde & Græcum nomen ſuſpirio ex anguſtia pectoris priſci dederunt. Suſpirant autem diutius, & frequenter, quoniam in id ſemper quo mouetur, conuerſa eſt. Natura autem cogit eam, ut aliquando plus motiuæ uirtutis muſculis pectoris per cor immittat: quod autem in pectore reſpiratio, idẽ in corpore perſpiratio eſt, quæ per arterias fit. Similis autẽ eſt inſpirationi dilatatio, expirationi autem contractio. Sub pulſus uerò nomine, dilatatio contractioq; comprehenditur.

Cur

23. Cur piscium difficile concoquitur? Quoniam leuitate sua humido pabulo intra aluum innatat, idq; per mediam: neque sese ad eius corpus applicat, qua applicatione concoctio fit. Tum circa gulam redundat, cuius officium appetitus est, non coctio. Extra uerò corpus, si in aquam indatur, innatat neq; demergitur: quia dum carnes interuntur, leuem cōcipit spiritum, corpus in altum expuit, humidisq; innare cogit: hinc & lentus est, quoniam spiritus est particeps.

24. Cur antequam balneum ingrediamur, calidū mingimus: cum diutius in balneo supersedimus, frigidum? Fit hoc nimirum, quasi ad alterius cuiuspiam cōparationem. Emißa enim urina tepidæ qualitatis est, ac modicè calida. Extra igitur balneum, quoniā frigidum est corpus nostrū, quæ urina emissa est, uelut ad corporis cōparationē calida est. In calido autē, quoniā multo magis corpus, quàm urina calefit, frigida urina uidetur, quāuis aliquo modo calida sit: uerumq; id esse uel ex eo apparet. Ei enim qui balneum ingreditur ut calefiat, si calidum solium ingreditur, quæ calida est aqua, admodum feruida uidetur, si autem iam excalfactus ingrediatur, nō itidē ei feruida uidetur.

25. Cur loca maritima fodientes, dulcem aquã inuenimus? Nimirum quoniam in mari quæ tenuior sit aqua dulcis est, quæ craßior, salsa: tenuis igitur aqua per terræ meatus influens, in ipsa occulitur terra, quam deinde fodientes inuenimus. Dulcis est autem, quoniam per brumã in aëra tollitur. Crassa uerò aqua exiccata emundataq; fit sal. At in littoribus quæ meatus laxiores habeant, salsa inuenitur aqua: Excolatur enim eo etiam craßior maris aqua.

26. Cur putealis aqua per brumam calida, per æstatem frigida est? Quoniam quidq; semper contrarium ut inimicum fugit. Frigidum uero, & contrarium calido esse, & ipsum corrumpere, manifesto apparet. Igitur quoniam calor per æstatem aëra occuparit, fugit frigus in intimam terram, atque ob id aquam frigefacit. Per brumã uerò, quoniam frigus in aere plus pollet, rursus calor in intimum defugit, aquamq; excalfacit. Contraria enim eodem in loco ac tempore simul manere, contra naturæ legem est.

27. Cur breui statura homines proceris ut plurimum sunt prudentiores? Quoniam constipata atque compacta illis est anima in uniuerso corpore;

proceris uerò in longitudinem distenta resolui=tur. Quapropter Homerus Vlyssem breuem, ac prudentem: Aiacem uerò, procerum ac stolidio=rem describit.

28. Cur minus prudentes, cum ingrediuntur, sese ueluti suspendunt? Quia ut inualidus guber=nator haud in rectum nauim agit, ita marcidior anima corpus.

29. Cur stolidorum quàmplurimi, prudentes gignunt liberos ac robustos? Quia stolidiores in coitu uoluptati magnopere succũbentes, animam habent corpori magnoperè immersam. Quo effici tur, ut eorum semen quamplurimæ uirtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps, prudentiores qui nascantur, efficiat. Prudentioribus autem, atq; ijs præsertim, qui sunt eruditi, secus omnino acci=dit. Prudẽtiæ enim uis, aliquid eorum semper, uel in re ipsa Venerea reputans, quæ sint extrinsecus necessaria, ideoq; suspensior, efficit ut quod semen defluit, quàmplurima careat naturali uirtute. Hinc soluendum, cur stolidi atq; ineruditi liberos gignãt corpore robustos, eruditi cõtra imbecillos.

30. Cur ferarum stercus haud ita malè olet? Quia sicciori, minimeq; superuacaneo utuntur

nutrimento, maximeq; exercentur. Quin & Dorcadum, & aliorum quorundã animalium stercus, uelut aromatum quodãmodo imitãtur odorem: Hominis igitur stercus peßimè omnium olet: quod ij & uario, & humido uescuntur nutrimento: idq; etiam supra satiem, & intempestiuè, et cum minimè indigent. Tum minus exercentur, minusq; quã cætera animantia caloris habent. Quare cum neq; planè concoquatur, neque ob copiam perfletur, sed ueluti commarceat, mali est odoris.

31. Cur sinapi, cæteraq; id genus acria cuti imposita ulcerant: deglutita uerò, aluum iam non ulcerant? Quia prius demutantur ea, & concoquuntur quàm agant. Præterea resoluitur à (credo) nimia corporis humiditate. Item cũ supra cutem ponuntur, temporis ad agendum plus habent, quoniam eò conspissatior est, estq; præterea imbecilla. At quod intimum est, & laxiores meatus habet, & ualidius est.

32. Cur qui dolent, quiq; gaudent, ridentes lachrymant? Qui quidem dolent, meatum qui sunt in oculis spißitudine eorũ exprimũt humiditatè: q aũt gaudèt, raritate meatuũ humidũ effundũt. Quibusdã uerò in oculis, ijs q angustiores meatus habent, in neutro lachryma exprimitur. Cur

33. *Cur hordeacea farina, cum sit frigida, resoluit pituitates? siquidem omne frigidum condensat, ac resolutionem impedit.* Equidem puto nõ q̃a refrigeret, ideo resoluere, sed quia eijciat: uim enim eijciendi, atq; humores diuidẽdi poßidet. Sunt que plurimæ eiusmodi species sibi ipsis contraria agentes: non illæ quidem prima ratione, & sese ipsis, ac præcipuè, sed secunda, & ex accidenti: ut apium, quod quidem est calidum, febrim diminuit, Non quia id quidem calidum est, simile enim similia auget, sed quia ex uenis eijcit morbiferos humores, uimq; habet prouocandæ urinæ. Itemq; iris, et hysopus, lateris morbo, quæ pleuritis dicitur, conferunt: quamuis enim calida sint, tamen eos humores incidunt, qui pituitatẽ intra eam membranulã gignunt, qua costæ subcinguntur. Et aqua calida circumfusa rigorem soluit, q̃ Tetanus dicitur, quique ex lentis frigidisq; humoribus generatur. Soluit autem nõ propriè, sed ex accidenti, per mediũ aliquod, hoc est, per insidẽtem caliditatem, Si igitur sua sponte nullius medij interuentu agant, propriè dicuntur, primaq; ratione agere: si medij agant interuentu, non autem sese ipsis, ex accidentium agere, perq; secundam rationem dicuntur.

34. Cur mingentibus accidit, ut & flatū edant? Quoniam cum uesica urinæ plena est, turget, premitq; & coarctat directum intestinum. Dum itaq; exinanitur, incluso intestinis spiritui exeundi occasionem præbet. Quidam uerò consensum quendam harum inter se particularum esse ad deiectionem arbitrantur.

35. Cur qui oscitantē uideāt, & ipsi oscitant? Quia natura animantium, maximèq; ratione carentium, similitudinum quendam consensum, itemq; affectum habet. Atq; ita fit, ut meiente asello, cæteri item meiant, cùm sint urina repleti.

36. Cur lippus sanum lippitudine afficit: sanus uerò lippum haud quaquam sanitate afficit? Quia oculi humecti sunt & molles, atq; affectibus expositi. Tum quia sanitas ex habitudine modica, uitium ex immodica accidit. Quod igitur modicum est, facilius ab immodico mutatur ac uertitur quàm contra. Ergo & lippitudo, quæ immodica quædam habitudo est, facilè sanitatem, utpote modicam demutat. Fit autem mutatio naturali corporum inter se consensu.

37. Cur numisma, & pomum in aqua, maiora, quàm sint uideri solent? Quia affusa ijs aqua, con

color

color fit, aspectumq́; decipit, quasi maiora sint. Tali enim ratione & Sol, & Luna, & quæ Erraticæ Stellæ dicuntur, cùm iuxta ortus aut occasus limitem spectantur, ampliori corpore uidentur. Sua enim qualitate circũfusum sibi aërem afficiũt.

38. Cur triangula procul cernentibus rotunda putantur? Quia cum aspectus procul angulos uidere nequeat, utpote acutos, eos ignorat, quibus ob aspectus deceptionem subductis, rotunda putantur. Idem in remo accidit, qui sub aqua perfractus apparet.

39. Cur ligno procul uapulante, ictum continuo uidemus, sonũ serius exaudimus, quamuis una cum ictu & sonus fiat? Quoniam uisum subtiliorẽ auditu, acutioremq́; habemus. Ictum igitur uisus, utpotè acutior, anticipat. Auditus autem, ut qui craßior est, sonum tardius consequitur. Hac ipsa ratione soluendum est, quod in nubium inter se cõflictu brumæ tempore, ubi ictus oritur eius, quem tonitrum dicimus, eiusq; ignitio, quam fulgetram uocamus, ut in ijs, quæ pyrechbola, hoc est, igniuoma dicuntur, prius fulgetrã cernimus, atq; ita postmodum tonitrus exaudimus, licet conflictu ipso prior tonitrus, posterior fulgetra, aut unà saltem

ambo oriantur: & hic igitur uisus, utpote subtilior, auditum præuertit, atq; ita fulgetram prius uidemus. Tum & auditus tonitrum sentit, ut qui craßior, atque ad consequendum tardior est.

40. Cur fit ut cum nuda facie reliquo amicto corpore simus, in maximo tamen frigore reliquum quidem corporis rigeamus, faciem minimè. Consuetudine, assueuit enim facies aëri tollerando. Maximè uerò nos consuetudo aduersus omnes affectus communiuit.

41. Cur flaua bilis, quæ per uniuersum uitæ tempus ea tunica, quæ bilis uesica dicitur continetur, cuiusq; corpus maximè affectibus expositũ est, minimè ipsam corrodit: at si uel ad exiguum temporis, in dentẽ, cuius est corpus ad patiendũ minimè aptum ingruerit, statim eum exesum reddit? Quoniam ita est à natura institutum, ut eo tantum corpore inhabitet, ideoq; minimè ipsum lædit. Magnum enim remedium contra dolorem naturæ nomen est, milleq; alia poßim tibi exempla afferre. Decem in matrice menses infans permanet, nullum ponderis sensum prægnanti præbens. Spiritus aũt leuis in eum incidens, dolorem continuo acutũ citat, qui et tensionem et intollerabile efficit põdus.

Aspera

Aſpera arteria unius eſt ſpiritus receptaculum, in eam ſi mica, aut potiuncula deerret, ſuffocatiōem aut uehemētē efficit tuſsim. Id niſi natura ipſa præfiniſſet, haudquaquā fieri uel ad minimū poſſet.

42. Cur nonnulli, cum balneum ſitientes intrāt absq; ſiti exeunt: nonnullis uerò contra accidit? Sicciores quidem balneo uueſcunt, ſitimq; ſedant, ſitis enim ſiccitate prouenit, præſertim ſi nō penitus à ſiccitate reſoluantur.

At qui uuidiores ſunt, minimeq; ſitibundi, ſi diutius immorentur, ſub calido præſertim aëre, atque intra aridam contignationem, reſoluta per ſudores humiditate, ſitibundi efficiuntur.

43. Cur radicula comeſa, alij fœtidum eructant, alij minimè? Quorum quidem aluus ac ſtomachus, ſuperuacaneis maliſq; humoribus, ijsque ad pituitatem uergentibus, minimè exuberat, eorū purus eſt ructus: at quibus exuberat, fœtidus. Radicula enim calida eſt humorumq; craſsitudinem incidit atque attenuat. Ex humoribus autem ſpiritus excitat, eosq; per ructum effutit. Sic & cœnum quieſcens nihil olet: motum uerò et conturbatū grauem halitum efflat. Qui uerò radiculam ipſam grauis naturæ, ac fœtidæ qualitatis eſſe autumant, quoni-

quoniam ea, cum extrà corpus sit, diutiusq; seruetur, grauiter oleat, proculdubio falluntur: omnes enim qui ea uescerentur grauem ructum edere oportet.

44. Cur in maximis rigoribus digiti, ac summa corporis nigrescunt & decidunt? Quoniam extremum frigus abigit atq; retrudit insitum calorē sub intimum corpus: atq; ita summa corporis liuescunt quidem primò, tum nigrescunt, & quodammodo cadauerantur. Decidunt autem, quoniam natura reliquo intenta corpori, adglutinat sibi quod sanum inest: quod uerò iam perijt, demittit à sese, atq; extrudit. Summa autē, præcipuè afficiuntur, quod neq; admodū carnosa, & minus calida sunt. Nam & stirpium eæ præcipuè foliorum defluuiū bruma patiuntur, quæ minus calida natura sunt, atque ob id imbecilliores, atq; rariores. Qui uero dicunt, statim à principio insitum calorem, à frigore quasi ab aduersario fugientem, in intimum corpus peruadere, tum sese coligentem, & quasi instaurantē, ceu resumptis uiribus, in eas rursus particulas, magna repentè copia, auxilio accurrere: atq; ita uel quia repente, uel quia maxima caloris ui eodē remigrarit, summa corporis exurere, quia

in his residens magis congregatur, ij proculdubio falsum autumant.

45. Cur qui summa corporis rigentia igni ad mouent ut calfaciant, uehementer dolent? Repentina uidelicet qualitatis mutatione. Plurimū enim frigus in plurimum calorem demutant: Quicquid enim immodicè, repenteq; fit mala uidelicet habitudine, id naturæ cruciatum affert. Quicquid autem bona habitudine, & modo, & secundum naturam repentè immutatur, id naturam magnopere delectat, consistit autem maxime in habitudinis modo humanum corpus, multòq; magis, quàm cæterorum animantium.

46. Cur qui piper, aut magnum panem comederunt singultiunt? Est uerò proportio & cum ijs quæ extrinsecus aut ingrauant, aut dolorem incutiunt. Piper enim, flauaq; bilis proportionem cum spinis habent, pituita autem & panis cū grauißimo lapide. Qui aluum minime excrementosam, sensibilem calidāq; sunt nacti, ij ocyßime piperis acrimonia mordicantur, stomachum excitant, ad id quo dolent, excernendum, ac persequendum, atq; ita quem singultum dicimus effutiunt: qui uerò frigidiorem nacti sunt stomachum, maioremq;

in eo pituitatis uim habent, minusq; sentiunt, iij tardius singultiunt. Idemq; ijs accidit, qui magnũ repente panem deuorarint: Panis enim copia ac magnitudine degrauantur. Neq; enim suas partes cessare natura patitur, ubi quicquã adsit, quod se lædat. Piper igitur qualitate acri id efficit, secundum proportionem pungentis intrinsecus bilis. Panis aũt quãtitate ponderis uelut & pituitæ copia, intrinsecus degrauans singultum efficit.

47. Cur qui in unguibus affectus existunt, uehementer cruciant? Quoniam nerui, qui per digitos tenduntur, peculiaribus excrementis ungues gignũt? quemadmodũ & dentes in gingiuis fiunt. Cũ itaq; sensibilis neruorũ uirtus in extrema ꝓgreditur, inq; ijs collecta ueluti in conuallẽ profluens aqua cõgregatur, atq; copiosior existit, ꝓculdubio quo magis affectum sentit, magis etiam cruciatur.

48. Cur deuorato repente magno pane, retentio spiritus singultũ resoluit? Quoniam stomachũ premens, atq; in angustum adurgens, id agit, ut & qui in eo cibus constipatus sit, exprimatur in uentrem atq; ita exoneratus singultum sistat.

49. Cur deuorato pane singultientes, ubi quid triste audiunt non singultiunt: Quoniam in id ani

mam

mam intendunt, quod tristitiam afferat: quo efficitur, ut mouendo pectori minus sit intenta.

Rursum igitur, cum non erumpat spiritus, uerum copiosior cogatur, singultū sistit, ut & ante didicimus.

50. Cur imagines prope quidem, planos colores, procul autem stantibus, partim cōcauos, partim deuexos ostendunt? Quoniam uidendi uis in longo interuallo extenditur, atq; resoluitur, quo fit ut intima colorū exacte planeq; non cernat sed candidos quidem colores deuexos, nigros aūt concauos uideat. Candidum enim, cum sese splendido admouit, extrinsecus splendescit: nigrum uerò, utpote tenebrosum, intrinsecus.

Artium uerò aliæ materiam transformant: ut cum statuarius æneum equū, aut bouem, aud aliud eiusmodi animal fundēs aut cudens, hominē fingit aut aliud quippiā, mutata scilicet de specie in speciem materia æris. Aliæ additione agūt, ut ceræ, aut luti fictor. Aliæ demptione, ut qui sculpendo animal fabricantur. Aliæ coagmentatione et insertione & glutinatione, ut in domo, ut in nauigio ædificando, in tela in fabrili opere. Aliæ habitudinis alteratione fiunt, & per profundam

quodam

quodammodo, quemadmodum natura è semine animantia procreat. Aliæ habitudinis simul alteratione, & adiectione corporis; quemadmodum Natura particulas enutriendo auget. Aliæ uero mixtione colorum, & corporum adiectione, ut pictura.

51. Cur si frigida aqua neruis inimica, calida amica non est, imo uero & ipsa inimica? Si enim tale quippiam noxium, cõtrarium porro utile est. Contraria enim in id ipsum eodem modo agere nequeunt. Prima igitur ratione, ac per se calidum, qua est calidum; infestum neruis simpliciter non est, sed qua calidum & humidum est.

Qui autem neruos habent læsos, eorum nerui, quia plurimum sensus habent, multæ intensionis, multæq; astrictionis indigent, sunt enim suapte natura sicci. Humiditas autem, utpote contraria, emollit, remittitq; ipsos, ac putrefacit. Calidum uerò ipsum suapte natura minime noxium esse patet. Calidi enim olei utilis haustus, quia astrictionis quoq; uim continet.

51. Cur si poma nocent, quoniam frigida sunt atq; humida, aqua tamen quæ eiusdem sit habitudinis, minime nocet? Quia subtilior est aqua pomis, citiusq; excernitur, quo fit ut nõ adeo lædat, imo uerò,

imo uerò corporis particulas modice intendit.

53. Cur quæ difficilem habent concoctionem, crassoq; sunt humore, multò facilius cōcoquuntur, ut bubalæ carnes, quàm quæ & faciliori sunt coctione, & minus crasso humore, ut saxatiles pisces? Quidam id consuetudini tribuunt, nonnulli habitum quendam naturalem atq; arcanum, neq; explicabilem in causa esse putant. Quidam uerò immodica alui caliditate, quæ cōcoctibiliora sint, quàm par est, utpote mutabiliora, summa incendij ui concremari dicunt, atq; corrumpi: quæ autem concoctioni minimè idonea sint, utpote difficilia mutatu, cum non admodum mutentur, concoqui tātum. Sic enim & paleæ, ut quæ suscipiendis affectibus aptiores sunt, plurimo igni in cinerē abeūt. At quernis lignis non item accidit, ut quæ rite comburantur.

54. Cur dolentium superficies pallescit? Quia natura (ut diximus) ad intimum corpus unà cum sanguine penetrat. Sanguis autē is est, qui ipsam calfacere superficiem ac rarefacere sit solitus.

55. Cur in Aegypto, quæ calidissima est regio, frigidum uinum gignitur? Eadē ratione, Rursus enim ad uitium radices defugit frigus, easq; fri

gefacit. Sunt enim uites multo quàm cæteræ stirpes suscipiendis affectibus aptiores.

56. Cur calida aqua puteo indita, frigidißimam reddit aquam? Quoniam quod in puteo frigus est calidæ repugnat. Cumq; eam frigoris abundantia superet, calorem ipsum omni copia persequitur. Atq; ita multa cum frigiditate per calefacientem aquã influit eamq; hoc pacto admodũ refrigerat.

57. Cur ubi exiguum animal in oculis inuolat, statim altero clauso oculo extruditur?

Quia uidendi spiritus iam per occlusum oculum exire non potest, ut iam didicimus, sed collectus in sese, magnaq; in apertũ oculum copia contendens implet ipsum, & tumefacit, et quasi extrinsecus promit, atq; ita pellitur, extruditurq; insectum.

58. Cur colaphis icti ignem cernunt? Quia uidendi spiritus ictu attenuatus magnopere ignescit atq; in aëra egressus, talis cernitur qualis iam euasit. Idem euenit, cum duos simul lapides, aut cum ferrum ferro atteras. Interceptus enim aër magnoperè attenuatur, atq; ignis fit. Idem quoq; in nubibus accidit.

59. Cur non omnium attritu lapidum ignis excuditur? Quia pleriq; cedentes nimium sunt, nimiũ

que

que leues, & laxis meatibus. Neq; enim pariter pcussus aër attenuatur: quippe, qui neq; uehementer ob leuitatem percutitur, et fugit recedítq; intra meatus. Non ergo pariter totus percutitur, atq; ignescit: Idem & lignorũ euenit attritu. At uerò à sole atq; aqua ignis creatur, quoniã in fracti ad uitrum solis radij, uelut etiã in speculis euenit, magis ignescũt, rursumq; ad supera reflectuntur.

60. Cur prurientes feruidis gaudent? Quoniam pituita, cuius craßitudine ac frigiditate pruritus oritur cutis sensum obtundit.

61. Cur ijdem balneis gaudent? Quia calor pituitam fundit, eamq; ungues resoluunt.

62. Cur magis humeri pruriunt? Quoniam anticis partibus frigidiores sunt, ideoq; plus habent pituitæ. Quo fit ut senes, qui frigidiores sunt, pruritu magis afficiantur.

63. Cur facilior scalarum descensus, quàm ascensus est? Quoniam in descensu corporis pondus deorsum uersus suapte ui fertur, & quodammodo descendentẽ adiuuat. In ascensu uerò laborat uis corporis pondus sursum uersus attollens. Sic enim & lapis facilius deorsum, quàm sursum fertur. Quod enim graue est deorsum fertur.

64. Cur infantes ut primum eduntur, flent? Quia sensus eorum atq; natura ueluti peregrinatur. Nam è calido, molliq; ipsius matricis corpore in aëra frigidum exeunt. Fortasse tamen & à lumine exterrentur, non (ut quidam aiunt) quod anima cœlestium regionum extorris, terrenum corpus inhabitet, atq; ideo flere infantes cogantur.

65. Cur apes, & formicæ, & muscæ, omniaq; insecta oleo pereũt? Quia respiracula angusta habent. Oleum uerò utpote lentum, eorum respiracula obstruit, atq; ob id pereunt. Idem & serpentibus & iis contingit, quæ mali odoris sunt.

66. Cur flantes calida refrigeramus, frigida calfacimus? Quoniam respiratio calida fit, exiens autem spiritus eorum qualitatem resoluit. Calida uerò refrigeramus, quòd eorum calidam qualitatem mouemus ac resoluimus.

67. Cur quæ carnes noctu sub plenilunio fuerint, putrescunt? Quoniam tunc aer calidus ab eo, atq; humidus fit, quæ habitudo ad putrefaciendum maximè facit, unde efficitur, ut si modicus sit calor atq; humor, concoctio, fiat: si immodicus, extinctio: si calor præualuerit, exustio. Luna quoq; quatuor nacta habitus uidetur. Media enim humida

& calida

& calida quodammodo est. Plena calida quodammodo & sicca. Quo tempore desinit, & sicca & frigida. Cũ luminis omnino est expers frigida est, & sicca, est enim & Solis expers radiorum, qui tunc calidi sunt.

68. Cur dolore affecti pallent? Quia rursus natura eius, quod sese angit reminiscẽs, paulatim ad intima defugit unà cum sanguine eo, qui cutem depingat, minus tamen in ijs, quam in metuentibus euenit.

69. Cur gaudentes rubent? Quia natura sponte sua delectanti sese occurrit, qui extrinsecus sit, ut nos amico liberisq; solemus. Eam uerò & sanguis assectatur, is qui (ut supra diximus) cutem suo colore roseam reddit. Pallor autem à contrario accidit.

70. Cur in sopore nocturno, cum subito oculos operimus, lucem uidemus? Quia uidendi spiritus collectus inter dormiendum atq; adauctus, repentinus plurimusq; per tenebras erumpit, cumq; ipse sit lucidus, instar luminis cernit.

71. Cur uerentes oculos deijciunt? Quia animi speculum sunt oculi. Nam & animi affectus per oculos cernimus, ut dolorem, iram, pudorem: quo-

niam uerò non sustinet animus contra id, quod sit honore dignum, intueri conscientia quadam, ideo aliquandiu oculorum musculos demitti cogit, idq́; uelut sese operiens efficit.

72. Cur auris omne humidū tolerat, excepta aqua? Quoniam cum frigida sit, ad audiendi neruum continuo fertur. Frigidum uerò omne neruis infensum. Rursum: Cur antequam uehemens excitetur uentus, quædam ueluti stellæ excurrentes eū præmonstrant: aut quasi fulgetræ, maximèq; per sudum. Nimirum quia cœperat quidem prius moueri: nobis aūt qui & crassa et duri sensus corpora nacti sumus, nondum manifestus apparet. Supernum igitur aëra, utpote magis tenuem magisq; æthereum perflans, in ignem conuertit, atq; ita eius partes scintillantes uidemus: uehementior autem deinceps uirtus craßiorem hunc aera, qui sit circa terram, mouet, atq; ita sentitur.

73. Cur, qui uentus angusta loca inflat, uehementior est, quàm qui laxa? Quia colligens sese unum in locum, intenditur in seipso, sitq; maior, increscitq;, & uehementior euadit. In locis autem latioribus explicatur, atq; dispergit fitq; languidior imbecilliorq; Hoc idem in calore accidit, in qualitatibus & in aquis.

Cur

74. Cur aliqui longinqua, quamlibet magna, minimè uidentes, propinqua tamen, quamlibet minutißima cernũt, quos et myopas, hoc est, luscmos uocant, quia conniuentes uideant. Equidem arbitror uidendi spiritum tenuem ijs esse ac purũ: qui cum procul abeat, resoluatur, neq; obiecta attingere poßit. Vix aũt propinqua cernit, propter tenuitatem ac puritatem. Sunt & qui minutißima procul cernunt, ut senes quidam. Hi igitur contrà, quia uidendi spiritum crassum, eundemq; multum nacti sunt, necesse habent, ut is per longiusculam quodammodo uiam moueatur, eoq; pacto attenuetur, atq; ad uisibilia suscipienda idoneus fiat. Sic ergo duo inter se opposita soluuntur.

75. Cur præter oĩa animantia, soli canes post coitum uincũtur? Quia angustos habet meatus collum matricis, coles autem in re Venerea inflatur, neq; statim exit tũ, quia semẽ glutinosum est: utraq; enim ijs nimia siccitate accidunt. Siccũ enim cogit, coarctatq; particulas atq; humida condensat.

76. Cur soli canes per æstatem rabie laborãt? Propter siccæ habitudinis præceptionem: natura enim sicci sunt, magisq; in æstibus. Excalfactæ igitur eorum humiditates, atque exiccatæ in-

flammantur, tum uniuersa eorum habitudo, eoq́; pactò insaniũt uelut phrenetici: unde & eorum saliua ueneni est instar, atq; siccißima. Inflammari autem constat uel frequenti anhelitu, uel igneis oculis, uel oris hiatu, quem ad protrahendũ aëra apertum semper habent, uel quod eorum cauda ob siccitatem incuruatur atq; macrescit. Rabidi uero fiunt præcipuè, qui siccißimi sunt. Sunt & qui caniculæ sydus influxu quodam suo rabiem ijs afferre dicant.

77. Cur qui repentè atq; inuiti excæcantur, minus cruciantur, quàm qui per electionem excæcantur? Quoniam qui de improuiso, ij aliò conuersum habent animum, sensusq́; omnes inæqualiter suscipientem. At qui per electionem, ij cùm sciant quid passuri sint, animum semper in ipsum quod incidi tur corpus, intentum habent, quare cum sensum æqualiter suscipiant, magis in ipsa sectione cruciantur. Solutio quæstionis à consensu qua magis.

78. Cur qui onera baiulant, cantantes ambulant, eodemq́; qui trahunt? Quia modulatione rationalis anima oblectatur, quo fit, ut in eam cõuersa, minus ipsum sensum suscipiat, ũde efficitur, ut nõ tãtopere onus ipsum sentiat. Hac ratiõe solue,

cur in funeribus tibiæ ac tympana adhibentur, cur ad dolentes aut lugentes aut ægrotantes, mos obtinuit, ut hominum conueniat multitudo, diuersosque inserant sermones, uergens enim ad uerba animus, calamitates minus sentit. Quapropter & scenica oblectamenta, uariaq; eius genera ab antiquis excogitata sunt, ut animi distraherentur.

79. Cur Aethiopes febricitantes, utplurimum extinguuntur, & lippiētes ulcerantur? Calidißimi sunt atq; siccißimi, & quasi elementorum quædam ijs resolutio accidit: & quod humidi exiguū ijs inest, consumptum atq; corruptum efficit, ut & cætera elementa resoluantur. Fugit enim calor cibi penuria. Exurgit frigus, caloris absentia. Regnat & siccitas, humiditatis interitu. Atque ob id ipsum cadauera frigida siccaq; sunt. Vnde & diuinus Homerus, haud ignarus duo quidem elementa effugere, utpote tenuia & leuißima, duo uerò in extinctis corporibus permanere, ait: Sed uos ò cuncti, tellus fiatis & unda: siccitatem ille nimirū ac frigiditatem intelligit. Vlcerantur autem in lippitudinibus eorum oculi, quoniam sanguis ex inflammatione fit biliosus, multaq; acredine oculos per fluctum corrodit.

80. Cur in conuiuijs contra rationem poculis utūtur? Incipientes enim exiguis, expleti magnis poculis bibunt. Videtur id proculdubio ridiculum sed neque præter rationem tamen fit. Vt enim frequentius ad mensam poßint perpetuoque bibere, incipiunt quidem à paruis poculis, desinūt autem in maioribus. Parua enim pocula non tam queunt exatiare, quam abundantior potus. Si igitur à maioribus incipiant frequenter id facere, ut in ijs delicijs assolet, nō possunt. Natura præterea ipsa immensis illis, capacißimisq; poculis, ueluti re quapiam peregrina, turbatur, seq; ab his auertit. Paruis autem paulatim assuescens, copiam quoq; ipsam postmodum fert.

81. Cur qui aqua intercute laborant, cum pleni aqua sint, sitiunt semper? Quoniam & ipsum eis humidum salsum fit: quippe quod minimè permeet sed putrescat, atq; os alui exsiccet. Quin & febriculas tenues habent. Præter hæc autem quantò uenter tumidior fit, tanto reliquum corpus, minimè sua ratione nutriatur, cum siccius euadit, unde etiam macrescit. Plurimum enim nutrimentum in aquam abit, ipsumque adauget morbum.

Cur

82. Cur in conuiuijs, priusquàm cibum capiamus ac repleamur, angustè accumbimus? post repletionem uerò atq; ante conuiuij finem, laxamur, neq; iam urgemur? Quoniam cum à principio uehementem ciborum appetitum accumbentes habeant, in ea quæ intus, hoc est, in mensa sunt concurrunt simul uniuersi atq; repentè. Post cibi uerò satietatem, alius deorsum uergit, alius in obliquum, alius item modo quouis alio sedet, neq; supra modum in ea, quæ intus sunt uergunt. Atq; hoc pacto, ubi expleti cibo sumus, relaxamur. Præter hoc aũt & quia omnes à principio, cum comedunt, in pectus atq; in latitudinem corporis cubant, euenit ut angustè accumbamus.

83. Cur quocunq; loco pilos habemus, cani gignuntur, præterquàm in axillis? Quia is locus calidus est: arterijs enim scatet, & uenis, tum rarus, atq; ob id pituitatis excrementa perpetuo excernens: hinc fit, ut perpetuo sudet.

84. Cur si pituita frigida est & crassa, et lenta similiterq; nigra bilis, rigida & crassa, sed multo quam pituita minor, quartana tamen diuturnior est, quàm quotidiana? Quia pituita, tametsi frigida, copiosior est, humida tamen est, humi-

dum

dum uerò facilimè alteratur atq; immutatur. Nigra uerò bilis, frigida & sicca, quo efficitur, ut difficilimè alteretur, & aut immutetur. Decipiũt itaq; ipsa similitudine frigiditatis, & bilis redundantia, reliquam uerò contrariam qualitatem occultant. Præter hæc, pituita magis naturæ consentanea est, quàm nigra. Vnde & cum quis sanus fame extinguitur, natura pituitam ipsam in nutrimẽtum uertit. In febri igitur quotidiana, quicquid utilis pituitæ offendit, id omne in nutrimentum consumit. Quod autem inutile est, putrescens febrim accendit.

85. Quare cum quatuor sint humores, qui interdum putrescun tres tantum febres, non autem quatuor existunt? Quia sanguis secundum naturam est et nutrimentum corporis. Is exuberans repletionem tantum facit, corruptus autem non iam sanguis remanet, mutatur enim excalfactus in flauam bilem. Reliqui igitur humores exundantes quidem, morbos pariunt, maximeq; circa cutem, ut serpentia ulcera, & cancros, duplexq; genus uitiliginis, alphos uidelicet, & leucas, putrefacti autem febres.

86. Cur si in duobus aduersis parietibus gemina

minæ sint è regione fenestræ, quas uehementior perflet uentus, altera tantum clausa, iam per alteram non intrat uehemens ille, & plurimus uentus, qui spiret, uelut utraq; aperta accidebat? Quia aër qui mouetur, hoc est uentus, corpus est: altera igitur clausa, qui per alterã intrarat aër, locũ domus replet. Cumq; corpus sit, non iam reliquum aera, qui corpus quoq; sit, ingredi sinit. At si fenestra reseretur, qui locum occuparat, exitum nactus, locum ingrediendi & alteri dat, idemq; rursus per obiectã fenestram erumpens, alium altera ingredi sinit, id continenter fit, clausa uerò aduersa fenestra, non iam id amplius accidit.

87. Cur amantium extremæ partes, modo frigidæ sunt, modo calidæ? Quoniam ubi dolore affecti sunt erga amicam, eaq; se desperãt potituros: insitus calor unà cum natura in intima penetrat, quo fit, ut extremæ partes frigescãt, obq; id ipsum & pallent, & tristes euadunt. Contra uerò, cum aut bona spe ab amica sunt affecti, aut cum uehementer irascũtur, tum innatus calor ad cutem uergit unà cum natura, fiuntq; calidiores et rubicundiores: Obq; hanc ipsam causam pictores amorem nunc tristem pingunt, & quiescentem: nunc uolantem,

lantem, & ridentem. Puerũ uerò mutabilem, quia Cupido uehemens quidem est, nõ tamen diuturna, et perpetua: Dispositio enim perpetua est, ut in legitimis amicis, aut in patre erga filium, aut in uxore erga uirum. Amor aũt nõ perpetuus est, ut plurimũ enim circa ignotos accidit. Dispositio quoq; modica stabilisq; est. Amor aũt uehemens, et insanienti similis. Facem uerò habere fingũt, atq; esse pinnatum: quia amantiũ animi suspensi tolluntur, suntq; mutabiles, ceu uolucres. Tum cordi insitus calor semper ijs exardescit, incessabili uidelicet uehementiq; cura erga id quod cupiũt. Tenet aũt dextra gladium, sinistra aũt pharetrã et quãplurimas sagittas: quoniã à principio quidem ex uno oculorũ radio amor oritur: unà enim & uidet & cupit: ut uerò primũ cupit, ꝑpetuos emittit amãs radios in id, quod à se cupitur. Is aũt radius, sagittæ similitudinem habet, quod tũ amãs in corpus iaculatur. Sunt uerò intra pharetrã sagittæ, quoniam occultos emittũt radios, qui amãt. Vt aũt uentus ignem, sic consuetudo amorẽ accendit, nõ enim propriè ex ipsa amor oritur, Si enim hoc esset, proculdubio oporteret ex cõsuetudine semper amorẽ gigni. Amoris autẽ ortus repentinus est. Est uerò

nudus,

nudus, quia absq; medio desiderium id manifesto que euenit. Neque enim per alterũ quippiã amat quisquam, sed neque clam neq; quam ignorat. Quapropter & statuarij, honoris gratia, nudos interdum deos regesq; effingunt, ut qui indicare uelint, ad apertum illud uirtutis eorũ, ac mentis, extra omne clancularium uitium existere. Non est unus amor, sed plures: seu quia diuersi rerum sunt amatores: aliter enim atq; aliter amant, quem admodum et diuinus Plato ait. Amorem multorum capitum beluam esse, seu quia sub multos, ut idem ait, Amores idem capit. Matrem uerò habet Venerem, hoc est, cupiditatem. Veneris enim simulacro cupiditatem effingunt. Fertur item amor Erynnim furiam amasse, uidelicet, quia multi inique amarunt impijsq; sunt cupiditatibus affecti, quemadmodum & à me ipso in secundo Allegoriarum libro ostensum est, quem in confictas de Dijs historias composui.

88. Cur in pestilentia alij pereunt, alij minimè? Hoc nimirum ex habitudinis cõuenientia accidit. Nã si quis malis humoribus plenum corpus sit nactus, ei profectò inspirans is aër, qui sit putredinis effector, & quòd exiguum utilis hu-

moris

moris insit, facile corrumpit. Quo fit, ut corrupto ijs humore uniuerso, & insanabiles affectus, & quàm plurimi exoriantur, eoq; pacto occidant. Quod si neq; multa quis habeat excrementa, & bonis abundet humoribus, is aut nihil aut parum omnino à pestilenti aëre offenditur. Attrahi uerò ab ea quam diximus, conuenientia, id quod agendi sit causa, uel externæ materies ostẽdunt. Quercus enim haudquaquã affectibus idoneæ, neq; eiusmodi sunt, quæ facilè ignem comprehendant. Multo autem magis idoneæ arundines sunt, magisq; igni excipiendo expositæ: sed & stuppa multo ijs magis. Ad si quis madidã capiat stuppam, uirides que harundines, quercum uerò aridißimam eligat uel eam sulphure spargat, quod minimè idoneum erat comprehendendis ignibus, id maximè idoneũ reddiderit, si igni admoueat. Hoc item exemplo, & quæstionem aliam soluere potes, qua ratione eueniat, ut laßitudo diurnã potius febrim gignat, quàm aut eam, quæ ex putredine fit, aut eam, quæ habitualis dicitur. Dicimus enim euenire id ex dispositionis præceptione. Habebat enim naturales spiritus humoresq; minimè superuacuos. Solida uerò oĩa siccißima sunt, & causa in ea incurrit.

Et cur

Et cur Solis ardor alijs somnum excitat, alijs non item. Quoniã, cui multa in capite pituita inerat, ea effusa caput humescit, ac inde sopitur. Qui autem sicco sit capite, cum magis id magisq; exiccetur, peruigilio afficitur.

89. *Cur Sol nigrum quidem hominem, limum uerò candidum reddit, ceramq; emollit, limum durat? Propter dispositionem rursum patientis materiæ. Humores enim omnes, excepta pituita cum sunt præter modum excalfacti, circa ipsam cutem nigri apparent. Limum uerò, aut nitro, aut salsugine infectum, cũ sol eius sordes absumat, albescit: Rursum uerò, cùm ex eadem cæra humiditatem eliciat, quæ in eius intimo sit, euenit ut emolliat. At uerò in limo, omnem sol humiditatem, quæ & plurima sit, & in ipsa superficie redũdet, depascitur, atq; ita eum desiccat, purumq; efficit. Si ergo circa id quod patitur, & agens uertitur, magno nobis usui esse potest. Si enim pietate animum armemus, corpus ciborum modestia exornemus: uita autem non poßidente, sed ijs contenta, quæ sint uictui opportuna, nosmetipsos stabiliamus: tum omnes uitæ molestias, quoad fieri poßit, euitabimus, neq; nos agenti mala idoneos præbebimus, ut id*

quod patitur, agat quicq̃, si quis uidelicet est aut dæmõ aut stella, aut alia quæpiã extrĩsecus causa.

90. Cur icterici difficile deijciunt, & deiectio ijs alba est? Quia flaua bilis toto eorum corpore diffusa est, quod & oculi indicant, & cutis color, neque ad intestina iam confluit, ut prime Naturæ lex exigit, atque ita stercus non colorat: neq; sua acredine deiectiuam intestinorum uirtutem irritat ad euacuandum stercus, propterq; idipsum medicina, quæ ut artes cæteræ naturã imitatur, ubi in ægritudinis periculo corpus uersatur, ægrotanti uirtuti auxiliatrix adest. Nam quia stercus eijcitur, bile irritãte, atq; ad eius expulsionẽ intestina prouocante, & musculos: ipsum uerò stercus molle, lubricumq; est, ob lentos illos humores, qui in intestinis sunt, eiq; adiacent, merito etiam clyster pro bile mel habet, quod eijciendi uim habet: item nitrũ, quod et uim habet eijciendi, et intestina ac musculos ad expulsionem citat: hydroleum uerò, hoc est, oleum aqua dilutũ, ad humectandũ emolliendumq; stercus, quod sit à febri desiccatum. Scire autem oportet, nunc sua sponte naturam, ac sine medici ope agere, ut in ægritudinum iudicijs, ut in concoctionibus. Est enim tunc medicus, uelut

spectas

ſpectator quidam & arbiter, & iudex duorum aduerſariorum, morbi & naturæ. Nunc uerò per ſolum agit medicum, ut in articulorum iniectione. Nunc uerò per medicum ſimul agitur, & naturã, ut in ſordidis concauisq; ulceribus. Medicus enim ſordibus ulcus perpurgat, ijs quæ ad eiuſmodi purgationem pertinent: tum cæcis illis meatibus relaxationem præbet: reſecat enim quicquid ijs eſt pro operculo, ut ſic dixerim, eosque obſtruit, ut purum ſanguinem acquirãt. Natura uerò per ulceris meatus purum ſanguinem ſuggerit, qui à nutrimentis ſit creatus, eumq; ad carnis generationẽ transfert. Is rurſum à deſiccantibus uenis condenſatus, idonea caro fit.

91. Cur ij, qui febri continua laborârunt, poſt iudicij tempus, quam cryſin uocant, nigerrimam aliquandiu cutem habuerunt? Quoniam ex flaua bile continua accidit, quæ in ipſo ægritudinis rigore peruſta, in nigram demutata eſt. Atq; ita in ea, quam diximus cryſi, à natura ipſa ad cutem repulſa tinxit ipſam: quemadmodum etiam in uitiligimibus alba quoque eſt cutis. Eius aũt humoris craßitudine difficile eiuſmodi color reſoluitur.

92. Cur nigra bilis ad mãmam aut ad crus acce

dens, corrosionem operatur: in his uerò qui melancholici uocantur, cum in ipsum confluat cerebrum, id tamen non agit? Quia in mamma quidem multæ magnæq; insunt uenæ, propter lactis generationem, atq; ob id bilis copia eò confluit. Similiter & in crus multa bilis deducitur: quippe quæ ad inferna feratur. At uerò in cerebrum, tum quia supernè est, tum quia minutas habet uenulas, exigua quædam bilis ascendit, quæq; pungendi tantum, non autē corrodendi uim habeat. Frigidū præterea atq; humidum est: quo efficitur, ut modo aliquo nigræ bilis habitudini aduersetur, ipsamque emolliat. Quæ igitur propriè nigra bilis est, ea corrodentem in mamma cancrum gignit: in crure uerò chironiū ulcus, & quod nomates à depascendo uocant: in cerebro autem ferinam melancholiā. Quæ uerò non propriè nigra bilis sit, sed melancholicus humor, et feculentus, fluctionem tantum, & tumorem, qui cancrum imitetur, sed minimè corrodat, placidamq; melancholiam gignit.

93. Cur in ijs, qui intestinorum difficultatibus laborant, papyrum conglobant, eaq; in anum iniecta prosunt? Quia concurrentibus musculis sedis, humectata papyrus musculos sua relaxatione excitat.

citat. Idemq; in hypophoris agit, quæ in ulceribus concurrunt. Relaxatis igitur musculis, stercus uelut destitutum deijcitur.

94. Cur quæ uasa à Græcis baucalia dicuntur, cum aqua replentur, sonum quendam sibi proprium edunt, à quo & nomen uasis est factum, uelut alia sunt apud Græcos nomina sonorum facticia, ut in aqua phloesbos, et in aluo borborygmos, & cætera? Quia cum uas eiusmodi inane est aquæ, aëre impletur, corpore uidelicet tenuissimo. Cum ergo inditur repentè in ipsum aqua, sua grauitate aërem persequitur utpote tenuē atq; excludit. Simul enim manere in baucalio, quoadusq; repleatur, nequeunt. Est enim à philosophis demonstratum, non posse duo corpora eundem locum tenere eodem tempore. Cum ergo aër repentè sursum per angustias extruditur sonus, necessario exoritur: neq; is unus, sed plures, quædam enim ueluti pugna inter ambos incidit. Aqua enim deorsum aërem premit, aër uerò sursum aquam, hoc cum successione fiat, accidit ut frequenter sonus fiat.

95. Cur in uasis, quæ à Græcis harpagia, quasi raptoria dicuntur, digitus eorū ori iniectus nō

ſinit aquã fundo effluere, eleuatus aũt ſinit? Quia cum ex ore digitus eleuatur, aër ingrediens trudit aquam deorſum, quò ſuapte natura fertur, atq; ita foramina fundi exit. Propter hoc ipſum omnia mechanica inſtrumenta per aërem & aquam con ficiũtur, ut horonomia, clepſydræ uocumq; imagi nes, quæ de ſtatuis reſultant, atq; alia ijs ſimilia.

96. Cur & uinum & aqua alieno tempore febricitãtibus data, phrenitem efficiunt, hoc eſt, duo inter ſe contraria? frigida enim eſt aqua, calidum uerò uinum. Dico igitur uinum ipſum cum ſuapte natura ſurſum feratur, exurere cerebrũ, unà cum febri perturbatur. Itaque uehementer à principio aĩæ inſtrumentũ æthereus quodãmodo ſpiritus eſt, uimq; ipſam prudẽtiæ idem agere compellit. Inde uerò hoc patet, multi quippe etiam ſani plurimo perpetuoq; meri potu utentes, mentis impotes fiunt, Aqua uerò ipſa uelut obſtruens corporis meatus, per quos uidelicet reſoluũtur ij ſpiritus, qui à putrefactis humoribus oritur, eosq; craßiores reddens id agit, ut plus ob id ipſum putredinis febrisq; reſultet. Sæpe uerò et aqua ab immodica febri deuicta, eius pabulum fit. Quemadmodum in furnis uſu uenire uidẽus, qui enim ignẽ accendere

uolunt,

uolunt, exigua quadam aquula ignem irrorant.

97. Cur Mulieres acutæ sunt uoce, itemq; & spadones & pueri? Quia à humiditatis abundantia, arteria eis in amplũ minimè protenditur: Caliditatis enim officium est meatus in amplum relaxare. Vt ergo angusta tibia acutum edit sonũ, sic & aspera arteria Dicunt autem nonnulli, mulieres acutæ esse uoce, quia conferat in paritudine clamare, ad pariendi facilitatem, quod proculdubio falsum est.

98. Cur infantes æstate siderantur? Quod uulgus æstu laborare eos dicit. Febricitant enim tenui quadam, profundaq; febricula ijsque oculi excauantur, fiuntque uigiles, & imbecilles. Nonnulli uerò & fluxu uentris laborant, quia infantes paßibiles sunt, magnamq; uim pituitæ in capite habẽt, ut dictum est. Igitur in æstibus pituita supra modum excalfacta, ac putrefacta febrim accendit, unde & cartilagines cerebri ignescunt, atque ob id uigiles sunt. Initio autem per arterias ad cor descendens, & uiuificum spiritũ reddens ignitũ, febrim sine putredine accendit. Cum uerò ex febri multa bilis procreetur, euenit ea ratione, quam superius explicauimus, ut bile aluum atque intestina

mordicante, uentris resultet fluxus. Esse autẽ eius causam radicemq; affectus in cerebro patet: quoniam capiti refrigerantia admouentur, eaq; utpote ignitionem extinguentia prosunt. Laborant tamen hoc ipso etiam adulti, quibus scilicet in capite pituita, aut exiguum flauæ bilis coaceruatum sit, & putrescat. Per ipsam igitur inspirationem, per que ignitũ quodammodo aërem spiritus ignescunt.

99. Cur rotunda ulcera difficilè curantur? Quia ex bile acri, quæq; uim corrodendi habeat, oriuntur. Nam quia guttatim confluat, & corrodat, rotundum ulcus facit, propterq; id ipsum exurendo desiccandoq; idonea reddunt medicamenta. Atq; hoc quidem pacto medici: Naturales autem & philosophi euenire id dicunt, quia nullum sit principiũ, unde uomica incipiat. In circulo enim neq; principium, neq; finem accipere est, atq, ob id dicunt, cum eius figuræ ulcera ferro à medicis incidantur, in figuram aliam demutari.

100. Cur aliquem ad locum uel necessario proficiscentes, cùm tamen eò peruenerimus, ulterius aliquando progrediamur? Quia animum sæpe in rem quampiam habemus intentum, eoq; inclinatũ & conuersum, neq; penitus sensibus imminentẽ, ut quæ

ut quæ ijs propria sint cognoscat. Velut igitur locum uidentes, non uident. Neq; enim præsto est, qui sensibilia iudicet.

101. Cur mel omnibus dulce, ictericis tamen gustantibus amarum uidetur? Quia bilem amaram habent, quæ per totum corpus, perq; ipsam linguã redundet. Mel igitur cum comedunt, fit ut quiescens humor commoueatur. Gustus deinde ipse, cum iam bilis amaritudinem sensit, imaginatiõem parit, ut mel amarum putetur.

102. Cur uehementer irascentibus oculi ignei fiunt? Quia ita feruor est eius sanguinis, qui sit circa cor, calidiq; spiritus. Hic igitur utpote subtilior, supernè fertur, perq; oculos, qui perspicui sunt, transparet, habentque uapores sanguineos ascendentes. Vnde & facies rubra ijs apparet. Huius rei non ignarus Homerus inquit: Instar erãt ardentis lumina flammæ.

103. Cur infusa serpentibus aqua eos expellit? Quia natura frigidi sunt, & sicci, & neruosi, & exigui sanguinis, fugiuntq; immodicam frigiditatem. Esse autem illos huiuscemodi habitudine, uel hinc colligitur: Latebras enim hyeme quærunt terræq; intima, utpote calidiora. Occidente aũt sole,

ut plurimum, rursus aëra ut frigidum fugiunt, rursumq; æstate, quoniam terræ intima frigida sunt, inde fugiunt, inq; locos calidos demigrant.

104. Cur ouum si assetur, rūpitur, si in aqua bulliat, minimè? Quia cum igni eius humiditas appropinquat, immodicè calefit, & exuritur, pluresq; ob id spiritus gignit, qui cum obloci angustiam exitum quærant, rupto putamine diffugiunt. Idem quoq; agunt in dolijs, & in fictilibus nouis, cū mustum efferuet. Multa præterea flāma oui putamen assatiōe disrūpit. Id quod & fictilibus uasis supra modū adustis accidit. Vnde naturaliter uulgo ouū cum assandū est aqua præmadidant: aqua enim calida suapte mollicie humiditates paulatim effundit, ac per raritudines resoluit.

105. Cur in coitus uoluptate homines quodammodo oculis conniuent, atq; huic aliquid simile & in cæteris sensibus patiuntur? Quia deuicti ab affectu uoluptatis, magis eam quodammodo conniuentibus oculis comprehendunt. Non enim eleuantur, ipsumq; extrinsecus animum unà cum sensibus ad aëra protrahunt, quo efficiatur, ut corporeos illos affectus minus sentiant.

106. Cur nōnulla licet uniformia medicamenta,

uim tamen contrariam habent, quemadmodum experientia ipsa indicat? Mastiche enim eijcit, resoluit, & intendit, acetum aūt & calefacit & refrigerat. Quia insunt eis indiuidua, minimaq; corpuscula per interpositionem, non confusionem. Vt harena humectata conglobatur, unumq; corpus effici uidetur, reuera aūt multa sunt minutissima in harena corpuscula. Quod si hoc uerum est, haud est absurdum, in alijs alijsque mastiches particulis, contrarias uirtutes & qualitates occultari, neque inter se confundi. quia Natura tantum corporibus legem illam inseruit.

107. Cur cum pedis digitum offendimus, inguen tumescit? Quia semper natura, quæ ad corpus pertineant, prouidens, solet accurrere uelut auxilio his partibus, quæ dolore laborent, quoniam uerò utilissimum omnium humorum, & nutrientem & cognatum, ipsum uidelicet sanguinem pro uehiculo habet, necessariū est, ut cum ea ad pedis digitum unà cū sanguine descendat, impleantur eæ uenæ, quæ maximè cum in inguine sunt, eæque partes quæ circum uasa ipsa sint, atque adenes à Græcis appellātur, quippe quæ rotunda sint corpora. Immodica igitur constipatio, inflammationem

eleuationemq́; efficit, appellaturq́; id inguen, ex ipso loco denominationem mutuatum.

108. Cur natura auibus, neq́; uesicam, urinæ receptaculum, neq́; renes elargita est? Quia multa indigebant humiditate, ut oriri pennæ atq́; increscere possent. Eam ipsa uolandi exercitatione cõsumunt. Neq́; omnino quidem mingunt. Cum uerò bibunt, stercus immodicè humidum deijciunt.

109. Cur pueris in uesica calculi gignuntur, senibus uero intra renes? Quia angustos in renibus meatus pueri habent. Terrenus uerò humor, & crassus uiolentia angustiarum ab urina extruditur, tum è renibus ipsis, tum ex cõceptaculis, quæ lunæ formam habent, in ipsam urinæ uesicam. Ea cum latos habeat meatus, exeũdi locum urinæ præbet, humori uero ipsi, unde calculi gignuntur, insidendi suoq́; more conspissandi. At uerò in senibus contra euenit. Laxos enim renium meatus habent, quo fit ut urina exire, & terrenus humor insidere, congelariq́; poßit. Calor autem calculi humorem quoq́; ostendit, à quo ortum habeat. Solutio ex compositione, situq́; membrorum.

110. Cur si caliditate calculus congelascit, calidi enim sunt pueri, similiq́; ratione fit in senibus?

Neq́;

Neque enim tanta concedenda est frigiditas, quanta in glacie, niueq; sit, extremo enim frigore renes demorerentur. Non contrarijs tamen ad frigiditatis solutionem, uerum similibus utimur, hoc est, calidis, ut petroselino, fœniculo, et eiusmodi. Dico igitur accidere, ut exustione, torrefactione q; nimia calculus in harenulas exteratur. Quemadmodũ in testis, in fictilibusq; uasis, cũ supra modum torrefacta fuerint, harenæ proueniunt. Fitq; hoc pacto, ut exigui lapilli unà cũ harenulis facilè inter meiendum effluant. Euenit quoq; nonnunquã, ut frigida epota, facilè calculus extrudatur, renibus uidelicet protentis, ipsum fluxu nimio per excernendi uirtutem deijcientibus. Euenitq; præter hoc, ut immodicus renum ardor, cuius causa calculi congelascunt à frigida extinguantur.

111. Cur in renibus, inq; urinæ uesica ulcerum difficilis curatio? Quia urina cum sit acris, exulcerat cicatricem, quam opportuna medicamenta obducunt. Magis autem in uesica insanabilia sunt, quòd intra eam permanet urina, in renibus autem defluit.

112. Cur in solijs calida aqua cõmota, calidior nobis, nostrumque ferè adurens corpus uidetur?

Quia

Quia descendentibus nobis appellens aqua, & ipsa patitur, hoc est, cum nostrum ipsa excalfaciat corpus, & ipsa à nobis quodãmodo refrigeratur. Didicimus enim, quæcunq; in generatione corruptioneque agant, ea quoque ipsa proculdubio pati. Quoniam igitur aliquo refrigerata pacto non iã similiter excalfacit, manifestũ est, assuescere iam nos, neq; ipsam caliditatem sentire, quemadmodũ à principio, quoniam immodica eius caliditas à nobis diminuatur. Si ergo calidam mouẽtes, eamque quæ cuti adhæserat, trãsmittamus, aliaque calida aqua syncerior accedat, nondum uidelicet aut agens, aut à cute ipsa patiens, suamq; caliditatem immodicam seruans, meritò nobis calida, exurensque uidetur, quatenus & ipsa agens patiatur, suamq; remittat caliditatem, quemadmodum illa prior. Atque hoc per successionem fieri potest: quamdiu enim calidam mouemus, tamdiu semper ad nos accedens, reuera ipsa calida uidetur, propterque id uulgus naturali motu, cũ uult in solio corpus magis excalfieri, mouet continẽter aquã quoad uult.

113. Qua ratione si quicquid mouetur, sese ipso calidius fit maximèq; in calido aëre & loco, aër tamen cum uerberatur, atq; mouetur, frigidior

nobis

nobis tactu uidetur, idq; uel maximè per æstatem quo tempore solis calor multo ardentior est?

Hoc uidetur contrarium superiori esse. Calida enim aqua, calidior nobis sollicitata uidebatur. Hoc aūt loco frigidior calidus uidetur aër, cum et mouetur, et sollicitatur. Dico igitur usu hoc uenire ut quod in re quapiam plus est, aut qualitate, aut uirtute, uincat quidē id & uertat, quod minus est: modicè uerò & ipsum, quod fortius est contra patiatur. Calida igitur aqua, cū calida uehementer est, calescenti adhærens corpori, & ipsa cōtra refrigeratur, neque iam eandem qualitatem seruat. Qui nos igitur circundat aër æstate modica, cum sit calidus ad aquæ calidæ similitudinē, ingruens in corpora, à nobis ardentibus ob calidū anni tempus, calfit quodāmodo, atq; ipse nos contra calfacit. Quod & lineæ agūt uestes, quæ cum frigidæ prius essent, mox à nobis calfactæ, nos ipsos postmodo calfaciūt. Cū igitur aërem solicitamus, trāsmittitur è corpore, quia à nobis præcalfactus aër fuerat, alter aūt nondū excalfactus, accedit, quē nobis frigidus uidetur. Idq; per successionem fit.

114. Cur quæ in pupula oculi ulcera fiunt, cum exoleuere, alba uidentur, quæ uerò extra pupulā

in nigro

in nigro oculi non item? Quia per ſolam pupulam uidendi ſpiritus exit, qui & perſpicuus eſt & lucidus. In albedinibus igitur ijs, quæ leucomata dicunt, cum cicatrix meatus conſpiſſet, eius tunicæ, quæ cornea ſpecie eſt, iam non uidendi ſpiritus exit, quo ſit ut magna deinceps copia contractus cicatricem illuſtret, eamq; calidam oſtendat. Quoniam uerò ex uiſus condenſatione ſpiritus nõ exit, euenit ut non uideant.

115. Cur paleæ & calidam aquam, et frigidam niuem, hoc eſt, aduerſas inter ſe qualitates conſeruant? Quia palearum natura manifeſta qualitate caret, unde & à nonnullis ἄποιαι hoc eſt, qualitatis expertes appellãtur. Cum igitur facilè ſuapte natura confundi, commiſceriq; poßint, ocyßimè quibus adhæſerint conferunt, eorumq; ipſæ confuſionem ſuſcipiunt. Collato enim ſibi calido calfiunt, idq; ipſæ contra recalfaciunt, atq; conſeruãt, ſimiliterq; frigefactæ à niue, eamq; ipſæ refrigerantes, frigiditatem eius conſeruant, quemadmodum & cæra et oleũ, quæ facile confundi poſſunt, ſuntque item qualitatis expertia, conferunt eorũ qualitati, quæ cum ipſis admiſcentur, quippe quæ & eorum fuſionem accipiant.

Cur bruma

116. Cur bruma per sudum clariora uidentur sidera? Quia & à uentis, & ab imbribus uel qui nos circundet aër, uel qui altior sit motu ipso extenuatur, & quodammodo expurgatus puriorē siderеorum corporum conceptionem, multoq; faciliorem, ulterioremq; progressum uisui præbet: quod & in puris perspicuisq; fluuiorum aquis manifesto apparet. Multo enim puriora clarioraq; uidentur quæ in ijs corpora insunt. At in craßis & cœnosis, aut nullo modo, aut confusa transparent.

117. Cur sæpe inter meiendum horremus? Quia acris bilis defluens, atq; urinæ uesicam mordicans, uniuersum quoq; irritat corpus, atq; excitat ad eius particulæ cōsensum, ut deijciendi uim modicè offerat, atq; ita q horror dicitur, effici solet. Hoc uerò pueris maximè accidit, multo enim plura ob nimiā saturitatē excrementa sunt nacti.

118. Cur noctu dolores magis intenduntur? Quia anima secum ipsa ociosa non iam aut uisui, aut auditui, aut alijs huiuscemodi sensibus intendit, neq; quicquam agit, neq; ad externas actiones prouocatur, quo efficitur, ut multo plus corporearum perturbationum tangendi sensu suscipiat. Paucæ etenim per noctem animales operationes

existunt, quales sunt respiratio, & cogitatio. Animum uerò, cum ad externa per suas operationes protrahatur, corporeas perturbationes minus experiri manifesto apparet, quando in luctibus in aduersis ualetudinibus, inque cæteris huiuscemodi accidentibus, amicorum congreßiones, ac narratiunculæ, eorum qui sint affecti, perturbationes alleuant atq; solantur. Animaduerte aũt, naturã quidem in suis operationibus minus interdiu agere, ut in ciborum concoctionibus, in humorum permutationibus, in sanguinis euocatione, in pullulandi, nutriendi, concrescendi similitudine, aliorũq; his similium operatione. Animam uerò magis agere in suis actionibus, ut in quinq; sensibus, in motibus particularum corporis, in imaginatione, in cogitacione, & memoria. Contra uerò noctu, magis enim agit natura minus anima.

119. Cur uitrum per brumam, cum quid uehementius calidum inijcitur, disrumpi solet?

Quia plurima frigiditate ex circumeunte aëre, toto suo corpore affectum est. Cum igitur repente calidum nõ præcalfacto uitro indimus, tũ caliditas contrariam sibi frigiditatẽ proculdubio persequitur. Illa aũt unà cum spiritu ipso repentè fugiens,

cons

confractionem eorũ corporũ efficit, quæ intra uitrum sunt. Dandũ enim est, inesse & in uitro exiguos meatus, qui subtiliorem aëra cõtineant, quos tametsi oculis sensuque nõ assequimur, natura tamen ipsa, req; uera inesse non diffiteamur. Alij uerò dicunt, quod uehementer sit frigidũ, id arefacere atq; exasperare uitri corpus, unde efficiatur, ut quæ subtilior in eo pars sit siue is humor siue aër sit, extrudatur, & uelut ignescat, Vnde etiam confractioni corruptioniq; idoneum euadat, quemadmodum & aridißima ligna. Sic enim & Hippocrates aiebat, uenas à frigido rumpi.

Quod igitur uehementer est calidũ, id eiusmodi uitri corpus inueniens, multo id magis arefaciens ruptionemq; eius efficit per fractionem. Si ergo præmollitũ fuerit, tũ modicè præcalfactũ, nequaquam lædetur, queamdmodum & Athletæ cũ sunt luctaturi, oleo à magistris quos pœdotribas uocãt, præmolliuntur. Et qui uocem exercent, ut respirationis partes emolliant, pæanissant. Etenim cum frigiditas in patentes illos meatus incidit, facile unà cum spiritu profugit, et uitri mollitudo caliditati cedens, haud facile pfractionẽ subit. Esse aũt in uitro meatus, uel è uasis testaceis patet

in quæ si aquam indas atq; hos pice linas, exudet tamen humor. Videre est autem & fumum de uitri corpore per brumam erumpentem, cum in ipsum aquam infuderis, & uitrum confractum extrinsecusq; applicatum ei liquori, qui sit intus, qualitatem suam præbere.

120. Cur pueri maximeq; infantes, haud ita facilè luctantur ut uiri? Quia ex mollitudine corporis solo terræ cedentes, resoluunt eius tensionem ac duritiem, ut ulterius agere non poßit. Viri igitur cum duro sint corpore, quod aut terræ duritati, aut lapidi resistunt, intensionem percußionis adaugent, lapidemq; ipsum cogunt in sese, utpote duriores, agere. Hac eadem ratione et spongia cedens nõ frangitur, uitrum uerò, aut testa, aut quod aliud eiuscemodi durum corpus, casu cõfringitur. Hinc progrediens è similitudine dicere poßis: Cur uenti motus uehemẽtior, quercum quidem deijcit, harundinem non deijcit? Quoniam quercus, utpote dura robustaq;, & ingens, uento resistens, eius uim intendit, harundo uero, ut quæ mollis leuisq; sit & exigua, cum uenti flatibus huc atq; illuc cedat, eius uim resoluit. Eodemq; pacto luctator, aduersario renitens, uim eius adauget. Cedens uerò aliquan-

aliquando, cumq; eo se unà circum agens huc atq; illuc, citius eius tensionem soluit.

121. Cur infantes nutricis canticum audientes, uagitum sistunt mox uerò etiam dormiunt.

Quia substantia musicæ, quemadmodum & scientiæ, artesq; cæteræ animo sit insita, quemadmodum & igni calor est insitus, quomodo & Plato ait: Reminisci animum nostrum scientias, non discere. Audiens igitur animus huiuscemodi canticum, qua quidem reminiscitur, quiescere infantes cogit, qua uerò oblectatur, in somnium allicit. Nã cum labe corporis minimè sit infectus, scientias quasi perspicuas habet, coinquinatus uerò in corpore, in illarum modicam obliuionem delabitur.

122. Cur nutrices, cum somnum infantibus alliciũt, eos mouent? Vt humores motu fusi cerebrum moueant. Idem tolerare tamen non poßunt adulti.

123. Cur nonnulli ebrij gemina uident? Quia oculorum musculi plus minusue repleti, atq; eo ipso languidi oculos, alterum sursum, alterum deorsum torquent, quo fit ut oculorum radij eodem pariter non tendant, sed in diuersa loca atq; corpora, atq; ita alterutro oculorum priuato cernendi utens officio, duplicem efficiat uisum. Id esse uerũ

uel inde apparet, qui enim digito alterum oculum terunt sensimq; sursum trudunt, gemina uidere coguntur.

124. Cur qui natura strabones sunt, gemina non cernunt? Quia oculorum peruersionem non illi quidem sursum deorsumuè, sed dextrorsum sinistrorsumq; habent, qui cum eum positum sortiti sint, qui in rectam lineam moueatur, duos radios in idem corpus concurrentes habent. Qui & unũ colorem, qualitatemq; ad oculos referunt, quam & ei suscipiant.

125. Cur pubescentes pueri hirquiunt circa annum quartum decimum? Quia tunc, quæ per humana corpora natura meat, plurimam ac repentinam ætatis mutationem efficit. Cuius rei fidem operatio facit. Videre est enim fœminarum quidem augeri mammas, propter lactis collectionem, tum ea loca, quæ circa coxam sunt, intra quæ permanere fœtus poßit. Virorum uerò pectus atq; humeros, quibus imposita grauia corpora sustineantur. Testiculos præterea, intra quos & gigni & permanere semen poßit. Membrum quoque genitale, ut exire semen facilius poßit. Vniuersum præterea dilatatur corpus, quod & morborum mutationes

indicant

indicant, & quæ solutiones circa annum quartum decimum fiunt, & uocis asperitas, quæ branchus, hoc est, raucitas appellatur, sumpta uidelicet translatione ex hircorum uoce, in eum modum clamantium. Nam cum aspera arteria à principio dilatetur, accidit, ut qua magis, qua minus dilatetur, sitq; intus eius corporis superficies uelut inæqualis, usq; ad ipsum guttur, spiritus itaq; per partes illas exiens, ac ueluti offendens propter uiæ inæqualitatem, uocem quoq; inæqualem efficit & asperam, & quodammodo raucam. Idem & ijs accidit, quibus in asperam arteriam destillationes defluunt. Fit enim defluente humiditate, ut leuis intrinsecus membrana inæqualitate repleta, inæqualem spiritus exitum efficiat. Talem uerò scito esse & hircorum asperam arteriam ac guttur, humiditatis uidelicet abundantia, itemq; eorum qui plurimo olei potu utantur. Atqui illi quidem frequentibus, intensisq; clamoribus, atque arteriæ asperitate, uocem quoque inæqualem habere putantur. Gruibus uerò, atq; ijs omnibus uolucribus, quibus aspera uox sit, arteriæ à natura totæ asperæ datæ sunt. Post uerò pubertatis annum hirquire pueri desinunt, quia aspera arteria tota,

planeq; dilatatur, ac naturalẽ æqualitatẽ accipit.

126. Cur epotum oleum ciet uomitum, maximeq; flauæ bilis? Quia cum leue sit, quodq; ad supera feratur, nutrimenta ad stomachũ prouocat, eaque eleuat, atq; suspendit. Atq; ita ingrauatus stomachus, eiectiuam uirtutem ad uomitum citat, atq; inprimis flauam bilem, quippe quæ & leuis, & subtilium sit partium, atq; ita facilius sursum feratur. Ferri uerò oleum sursum, reipsa patet. Cum enim humido cuipiam admiscetur, superiorẽ in locum excurrit.

127. Cur solum oleum minimè humidis admiscetur? Quia cum lentum sit atq; in semetipso constipatum, secari in partes indiuiduas, atq; eo pacto reliquis humidis admisceri non potest, quamobrem neq; cum in humum funditur, citò eam subit.

128. Cur oleum quidem, atq; aqua frigore constringitur, uinum uerò, accetum et Garus minimè? Quia cum oleũ qualitatis sit expers, confusioniq; idoneum, cito friget, atq; ita uehementer, ut extrema quoq; frigiditate frigeat. Aqua uero sua sponte frigida facilè cum semetipsa frigidior sit, congelascit. Garus autem utpote subtilium partium & calidus, haud cito friget. Eodemq; modo & uinum.

num. At acetum, utpote subtilißimarum partium, congelationem non tollerat.

129. Cur contraria qualitatibus idem efficiunt? A frigido enim pariter, atq; à calido humidum constringitur, uix enim & ius frigiditate congelascunt: cataplasmata uero, & uesicæ calculi caliditate. Fit quidem id, sed diuersa actione. Calidũ enim depascitur, consumitq; humiditatis copiam. Frigidum uero densitate nimia obturans, sordidã humiditatem exprimit, quemadmodum & spõgia manu pressa, quã intra meatus aquã habet, abijcit.

130. Cur sæpe horror cessauit, cum quid formidolosum incidit ut fragor, quem is audierit qui laborat, ut cum repentina aqua deijcitur? Quoniã sæpenumero humoribus tempore digestis, atq; attenuatis, naturalis omnis calor uehementer simul ac repente à cute in corporis intima fugiens, morbificum humorẽ consumens resoluit. Idem & Theriaca facit eorumq; quam plurima, quæ calida siccáq; sunt specie, cum post concoctionẽ sumuntur.

131. Cur qui se circumagunt, neq; id agere tamen consueuerunt, ut plurimum decidere solent? Quia animalem spiritum, qui sit in cerebro, conturbari cogũt, cunq; humiditatibus unà conuolui,

Is deinde cum minus idoneus ad animalem uim suscipiendam, sensitiuam uidelicet atq; motiuam efficiatur, non sinit actionem in musculos neruosq; permeare. Quo fit ut corporis pondus, ut quod neq; uehatur, neq; sustentetur ab aïa, feratur ad terram, ad aquam uergit, propterq; id ipsum et tenebras uident, quoniam uidendi spiritus conturbatus sit, neq; pariter atque sensus reliqui operetur. At his qui sensum circumagi consuerunt, raro id accidit. Facit enim consuetudo, ne quasi peregrinæ inter se sint anima atque natura, sed tempore quodammodo concilientur: quod enim paulatim contin̄eterque fit, sensum latet: atq; ubi plurimum euasit, iam non ut peregrinum in ea incidit, quæ eum suscipere consueuerunt.

132. Cur uitrea specula ualde splendent? Quoniam albo plumbo intrinsecus linuntur, cuius natura lucida est, quæ cum uitro, quod & ipsum splendidum est, admisceatur, multo magis lucet, suosq; radios per uitri meatus transmittens, duplicat quod in superficie, atque extra uitri corpus est atque inde magnopere fit lucidum.

133. Cur in speculis, inq; perspicuis aquis, nos ipsos uidemus? Quoniam qualitas aspectus, ad splē-

dida

dida corpora migrans ex reflexione rursus per oculorũ radios, ad sui ipsius spectaculũ remigrat. Migrare autem qualitates à facie, neque esse id absurdum, & ij ostendunt qui iuxta arbores manent, quod uiridi aspectu esse consueuerunt. Viridis enim qualitas uiridium foliorum ad ipsam faciem demigrat. Similiter & in aquam fluentem migrans, eam quoque uiridem ostendit.

134. Cur puræ speluncæ, & altißima loca atque pura, uocis imaginem gignunt ac remittunt?

Quia et hæc quoque loca ex reflexione ictum remittentia, soni imaginem edũt. Verberat enim uox aerem, aer uerò locum, qui quo magis uerberatur, eo magis uerberat, eóq; uehementiorẽ uocis efficit sonum. Humida uerò loca, & ueluti molliora ictu cedentia, eumq; resoluentia, imaginem minimè edunt, pro qualitate aũt & quantitate ictus ac uocis redditur qualitas, quãtitasq; eius imaginis, quæ Echo appellatur. Hanc prauè nonnulli deam quandam esse fabulantur, alij Pana dicunt eius amore captũ quod proculdubio falsum est. Vir enim quidam sapiens fuit, qui primus & cupijt, & peruestigauit eius causam uocis intelligere, atque ut qui amant, neque potiuntur, iniquo animo ferunt,

eodem & ille pacto donec eius solutionem causæ inuenit, ægre habebat: Quemadmodum & Endymion, qui primus Lunæ cursum inuenit, uigilans noctes, eiusq; cursum animaduertens, & motum inquirens interdiu dormiebat. Fabulantur igitur amatum esse à Luna, eamq; ad ipsum dormientem accessisse, quia sui ipsius causæ solutionem philosopho quasi tradidit. Quin & pastorem fuisse tradunt, quod in desertis puris, atq; altis locis eius motum suspiciebat. Et ei cõpactam fistulam tribuunt, quod loca ædita ut plurimum perflantur, uel quod figurarum consonantiam inquirebat. Similiterq; Prometheus cum sapiens esset, sydereæq; aquilæ causam peruestigaret, naturamq; eius, ac situm, cumq; discendi cupiditate ueluti exederetur, tum demum quieuit, cum ei Hercules dubitationem omnem sua sapientia soluit.

135. Cur aqua stans, quæ in superficie, non autem in profundo terræ sit, lapide per eam iacto, multos circulos efficit? Quia iactus eius intensione à quauis sui corporis parte procul aquam lapis persequitur, atq; ita circulus fit, quousq; uidelicet pertinet iactus descensio. Quod si immodica sit intensio, & circulus maior fit, descendens autẽ usq; ad terram

ad terram lapis, ipſamq; deinceps aquam corpore trahens, multos merito circulos efficit. Prīo enim ſuperficiē aquæ mouens diducit, tū per ipſam perpetuo deſcendens ad profundum, rurſus diuidens aquam, & alium efficit circulum. Atq; hoc per ſucceßionem fit, donec lapis conſtiterit, ac requieuerit. Quoniā uerò lapidis intenſio, eo deſcendēte paulatim remittitur, neceſſe eſt poſteriorem quenq; circulum priori contractiorem eſſe, quoniā & à lapide ſimiliter ictu ipſo aqua diuiditur.

136. Cur riſum multi è liene oriri putant, aſſerentes nō ſimiliter riſu uideri affectos, quibus lien uiciatus, ut quibus integer ſit, imo uero illos magnopere triſtes eſſe? Equidem ex accidenti arbitror, non propriè riſus cauſam in liene conſiſtere. Nam ſi ualeat, trahit ex iecore fecoſum omnem, et melancholicū humorē, quo fit ut cū purus defecatuſq; ſanguis, cū per uniuerſum corpus, tum in cerebrum permeet, naturam ſimul animamq; oblectet, atq; inſtar uini eas exhilaret, & in tranquillitatem ducat, atq; ita riſus ab ea moueatur.

137. Cur mulæ non pariunt? Quia è diuerſa animantium ſpecie cōſtant, tum differentium qualitate, & natura ſeminum immixtio aliud quiddā

gignens,

gignens, præter id quod est prius, & eorum quæ genuerit naturam abolet. Quemadmodum & candidi nigrique admixtio extremorum colorem abolens, colorem alium, qui est fuscus generat, qui nihil extremorum omnino est. Generatrix igitur qualitas abolita est, & formarum aptitudo.

138. Cur qui natura surdi, ijdem & muti? Quoniam quæ non audierunt, dicere exprimereque nõ possunt: Quidam uerò medicorum dicunt unam esse neruorum coniugationem, quæ ad linguam, quæq; ad aures pertineat, quo fit, ut affectuũ quoque consensus ijs accidat. Qui autem ex accidenti sunt muti, surdi omnino non sunt, localis enim oritur neruorum paßio.

139. Cur qui ieiuni diutius fuere, sumpto mox cibo rigent? Quia cibi sumendi interuallo, bile redundant, atq; ita acidum humorem coaceruant. Post cibum igitur particulæ illæ corporis refotæ, bilem ab se in cutem abigũt, atq; ita rigor oritur, bile uidelicet particulas ipsas mordicante, atque ad se persequendum excitante.

140. Cur sues sursum spectantes silent, cũ baiulantur? Quia supra cætera bruta ad humum semper uergunt. Fœtore enim delectantur, eumque requi-

requirunt. Ergo in repentina illa aspectus mutatione, ueluti peregrinæ sunt, atque hospites, plurimoque lumine attonitæ silentium perferunt. Quidam dicunt asperam arteriam, quæ angusto meatu sit, resupina ipsa figura coire.

141. Cur sues fimo delectantur? Medicorum quidem sententia eo naturaliter delectantur, habent enim maximum iecur, in quo & cupiditas inest. Aristoteles autem rostri amplitudinem in causa esse putat, habet enim resoluentem sese olfactum, & cum fœtore ueluti confligentem.

142. Cur conualescentibus ulceribus, & pituitate cessante pruritus oriuntur? Quia sanata et consolidata pars reliquias persequitur humoris, qui contra naturã inest, quiq; ulcus effecerat, atq; ita per cutẽ exiens, seseq; resoluens, pruritum efficit.

143. Cur qui affectus alterum tantum oculum infestant, grauiores diuturnioresq; sunt? Duabus causis, quoniam fluctio ad unum oculum tantũ coaceruatur, quicquid enim in plura diducitur, fit se ipso imbecillius, minusq; agit, quoq; id magis fit, eo inefficacius euadit. Vel quia cum sese sanus oculus in suis actionibus mouet, & ægrotum oculum toties moueri cogit, scimus autem maximum cuius-

cuiuſuis ægrotæ partis medicamentum in quiete ipſa conſiſtere.

144. Cur homo magis frequentiusq; & uehementius, quam bruta ſternutit? Quia copioſiori, magisq; uario alimento potuq;, idque ultra ſatiẽ utitur, quod cum minimè concoquat, ut par eſt, multum congregat ſpiritum, ob multam humiditatem, is ergo utpote ſubtilis, ad cerebrum aſcendens, cogit frequenter ad excretionem excitari, ſternutamẽtumq; efficit. Sonus igitur fit, quia per nariũ anguſtias uehemens ſpiritus meat, ut per ſe dẽ uẽtris crepitus, per ſtomachũ ructus, per guttur uox, per aures ſonitus, ſimiliterq; per inteſtina immurmuratio illa, que borborygmos appellatur.

145. Cur mortuorum capilli, unguesq; ad tempus aliquod augentur? Quia marcente carne, quæ partes circa eorum radices occultantur, nunc apparent, atq; decipiunt, imaginationemq; afferunt, quaſi creuerint. Alij reuera dicunt augeri, quia hæc ab excrementis ortum habere ſoleant. Cadauera autem in excrementa quamplurima à principio propter accedentem putredinẽ reſoluuntur, hæc autem & per meatus & per corporis extrema, unà cum corpore ipſo exeuntia, ſupra dictorum ortum adaugent.

Cur

146. Cur in digitis manuū potius, quàm in pedibus uitiliginum species eæ, quas Leucas uocant, oriuntur, puerisq; magis quam perfectis? Quia ortum ex pituitæ excremento habēt. Pituita autem pueri, utpote edaces ac pigriores, magis abundant. Pedum uerò ungues, motu deambulationeq; magis exercentur, excrementaq; resoluunt.

147. Cur pili in pedibus haud cito canescunt? Eadem ratione. Pedes enim frequenti intensáq; ambulatione, quod in se decurrerit, pituitatis excrementum resoluunt, id autem canos gignit. Pubes autem & ipsa serò canescit, quia calida natura est, atq; in coitu pituitatem resoluit.

148. Cur quam plurima animantia caudas motant, cum notos agnoscunt, leo uerò etiam latus uerberat, cū irascitur, eodēq; modo taurus? Quia tergi medullam ad caudam usq; pertinentem habent, quæ in se motiuam animalemq; uim cōtinet. Anima igitur quod sibi notum est agnoscens, uelu ti manu aliqua, ut in hominibus euenit, caudam motare cogit, quæ manifesto ostendat eius intra se uim occultā inesse, quæ quod oporteret agnoscat. In leonū uerò ac taurorum excandescētia consentit natura animæ, eamq; uehemētius moueri cogit,

quemadmodum & homines manus ipsi suas, aliam ue corporis partem sæpe irati uerberant. Cum enim nequeat anima, quod se lædat ulcisci, statim alio sibi modo solatium excogitat, suumq; affectũ ictu percußioneq; curat.

149. Cur si exusta & sicca hordea ulceribus equorũ imponantur, non iam albus cicatricibus pilus sed reliquo concolor, innascitur: Quia eijciendi uim habent, absterguntq; & resoluunt insidens pituitatis excrementum, atq; inutilem omnem operationem, quæ propter ulceris cruditatẽ, propterque eius partis imbecillitatem coacta fuerit.

150. Cur in hominum ulceribus pilus haudquaquam innascitur? Quia hominum cutis spissa est, argumentum pilorum tenuitas ac mollities. Cum uerò cicatrix cute ipsa sit conspissatior, meatus occæcat. Equis autẽ quod ad cõparationem pertinet, rarior est, argumento craßior pilus, quapropter minimè ijs meatus totus in cicatricem occluditur. Subsidentia uerò & congregata excrementa, cum per tenues illos meatus, qui supersunt, erumpunt, concrescunt, & pilum gignunt.

151. Cur quos dipsas momorderit, sitique sint intolerabili affecti, eis epota theriaca, quæ sicca calidaq;

lidaq; est, sitim sedat, non autem magis incendit? Dico igitur, non qualitatis ratione sitim sedare, sed mutuo quodam consensu, ac ratione naturali. Id est huiusmodi antidotus, quæ plurimis ex herbis componitur, quæ consensum aliquem cum singulis corporis partibus habeant, uelut dictamũ proprietatem quandam aduersus cor habet, ipsumq; confirmat, & seruat. Eupatorium uerò cum iecore, Scolopendrium cum liene, Petroselinum cum uentris orificio. Hysopus uerò cum septo et pulmone: Helenium uerò cum renibus, Ruta cum collo, Gentiana cum cerebro. Seseli autem cũ uesica urinæ. Vnumquodq; igitur horum mellis dulcedine allectum trahit, quod sibi propriũ ad tutelam est. Inter quæ omnia sunt, & uiperarũ immixtæ carnes, quæ naturalem quendam mutuum affectum habẽt, quam antipathiam dicunt, aduersus quoduis uenenosum animal, corruptibilemq; uirtutem. In singulas igitur partes distributa, affectum illum, qui corruptionem minetur, agere non sinunt. Repugnat enim, ceu legitimi quidã milites, qui pro sua ipsorum patria arma ceperint.

FINIS.

ADDIDI=

MVS HVC EX PLVTARCHI PROBLEMATIS SELECTIORA quædam, ſimul vt hæc noſtra vndiquaq; copioſiora eſſent, ſimul ne tot paginæ nobis uacarent.



VID eſt, quòd Luperci canem immolant?

Luperci autem ſunt, qui Lupercalibus per laſciuiam diſcurrentes pellibus obuios cædunt.

An quod genus quoddam luſtrandæ ciuitatis eſt, & quo menſe illa fiunt Februarius dicitur, & diem quo pellibus occurrentes uerberant, Februarum & Februarium uocant, quo uerbo purgatio ſignificatur? Cane autem omnino, ut ita dicam, Græci utebantur, & multi etiam nunc in purgationibus canem iugulant.

Proſerpinæ quoq; catulos cum cæteris purgamentis offerunt, & eos q̄ expiandi ſunt, catulis ex pur=

purgant, hoc piaculi genus περισκυλακισμόν, id est, circumcatulationem appellantes. An quod lycos, lupus latine dicitur, λύκαια uerò Lupercalia, & lupo canis est hostis, & idcirco Lupercalibus cæditur? An quod Lupercis canes oblatrantes molesti sunt? An quia Pani sacrificium facit. Pani autem propter greges amicus est canis.

Quid est quod Septimontio uehiculis iunctis uti cauebant, & nunc etiam qui uetera non contẽnunt, cauent? Septimontiũ uero diem festum agunt Romani, quod quum septimus collis urbi attributus est, septicolis Roma facta est. An ut quidam latini accipiunt, quod urbs nondum suis partibus penitus coniuncta erat? An hoc quidem ad Dionysium est? Magna uerò re effecta, constituta ciuitate, quòd urbem iam augeri, & quasi ulterius progredi desisse existimarent, cum seipsos, tum uerò iumenta, quibus fuerant usi, quiete affecerunt, & communis festi ocio frui uoluerunt?

An quòd cum omnes dies festos ciuium præsentia ornari ac celebrari semper uoluerũt, tum illũ præcipue, qui propter ciuitatis habitationem ageretur? Quapropter ne urbem, cuius dies festus ageretur relinquerẽt, eo die uehiculis uti permissum non est.

Cur in furto, aut eiusmodi aliquo flagitio depræhensos, furciferos appellant? An hoc quoque maiorum nostrorũ diligentiæ certißimũ signum est? Nam qui seruum alicuius sceleris aut improbitatis conuicisset, duplex lignũ, quod currui subijcit attolere iubebat, & ut conspiceretur uiciniam obire, ut fidem in posterũ ei non haberent, & ab eo cauerent. Hoc lignum Grecis σαυρὸν Latini Furcam nominant, à qua furcifer denominatus est.

Quid est, quod boui qui cornu petat, fœnum in cornu apponunt, ut occurrentes caueant?

An quia propter repletionem ac satietatem insolescunt & boues, & equi & asini, & homines, ut ait Sophocles? Tu uerò ferues, quasi pullus cibi copia: uenter etenim tuus & male insolescit. Ex quo Romani M. Crassum fœnum in cornu habere dictitauerunt, & qui cæteros in republica lacerabant, hunc tanquam munitũ ac prouidum, & iniuriarum persequentißimũ fugiebant: quanquã postea rursus dictum est, Cæsarem Crasso fœnum detraxisse. Primum enim illi in republica restitit Cæsar, & eum contempsit.

FINIS.

ALBERTI CO-
GNOMENTO MAGNI DE SE-
CRETIS MVLIERVM, LI-
bellus, nuper à men-
dis repurga-
tus.

EIVSDEM DE VIRTVTIBVS
Herbarum, Lapidum, & Anima-
lium quorundam, libellus.

ITEM DE MIRABILIBVS
mundi, ac de quibusdam effectibus
causatis à quibusdam
animalibus,
&c.

PROOEMIVM.



Cribit Philosophus philosophorum princeps: Homo est optimum eorum quæ sunt in mundo, & mūdus sumitur hic pro omnibus contentis in sphæra actiuorum et paßiuorum, scilicet pro elementis & elementatis, isto præsupposito probatur propositio: Illud est optimum, cuius generationis causæ sunt nobilißimæ, sed sic est de homine, ergo &c. Maior patet, quia effectus sortitur nobilitatē ex causis. Minor probatur de materia hominis. Vnde materia hominis secundū medicos ponitur esse menstruum mulieris cum spermate uiri, quia illa ambo intrant compositionem hominis sicut lac coagulatur sub materia casei. Sed philosophi naturales ponunt, quod menstruum mulieris sit materia, & semen uiri sit effectus, ita quòd semen uiri se habet ad menstruum mulieris, sicut artifex ad artificium, ut attestatur Auerroes 7. metaph. Digreßionibus de Idæis. Item physi. 5. metaph. cap. 10. Dicit quod sperma uiri ad caussam effectiuam reducitur, & quocunq; modo dicatur, semp patet quòd materia hominis est excellentis-

ßima, & inter omnia ſemina nobilißima. Secũdo probatur. Illud eſt optimum, quod in ſuis partibus aßimilatur corpori nobilißimo, ſed homo eſt huiuſmodi ergo &c. Maior patet, quia aßimilatio ſequitur naturã rei. Minor probatur, quia homo aßimilatur cœlo, quantum ad duodecim ſigna zodiaci, quorum tria ſunt calida uirtualiter, ſcilicet Aries, Gemini. Leo. Illis correſpondent tria membra in homine, ſcilicet cor, epar, & teſticuli. Item tria frigida, ſcilicet Cancer, Taurus & Virgo, & illis correſpondent inteſtina, ueſica, & dyaphragma. Item tria ſunt humida, ſcilicet Scorpio, Aquarius & Piſces, quibus correſpondent cerebrũ, ſtomachus & pulmo. Item tria ſunt ſicca, ſcilicet Capricornus, Sagittarius & Libra, quibus correſpondẽt ſplen, fil & renes. Vnde dicit phyſic. 12. metha: quod totum cœlum eſt ſicut unum compoſitum contiguũ, igitur debemus eſſe inclinati ad notitiam præſentis libri qui tractat de generatiõe humana. Cuius cauſa efficiens dicitur fuiſſe Albertus Magn. qui fuit ſufficienter tritus ſiue literatus in experimentis, et à mulieribus informatus. Et maximè in libro de animalibus qui poſtquam totũ mundũ cum Alexandro circuiuit, librũ de aĩalibus

compoſuit

compoſuit: Et ſupponitur philoſophiæ naturali, quia eſt unus liber de paruis naturalibus, & non pure naturalis, ſed partim medicinalis.

PROOEMIVM.



ILecto ſibi in Chriſto ſocio & amico N. clerico de tali loco: ueræ ſapientiæ & augmentum continuum uitæ præſentis.

CVM ueſtra fauorabilis & gratuita me rogauit ſocietas, ut quædam à nobis quæ apud mulierũ naturam & conditionem ſunt occulta & ſecreta, lucidius manifeſtarem, uiſa petitione ueſtra nulla pigritia à compilatione breuis et compendioſi tractatuli impetrata materia me retraxit. Sed puſilla & iuuenilis mens, quæ ſecundum eius poßibilitatem, & temporis oportunitatem ad aliena attrahitur, nihilominus ueſtro cupiens ſatisfacere appetitui, hanc præſentem epiſtolam in qua plurima de impetratis inuenietis, ſcribo uobis in parte ſtylo philoſophico, & in parte medicinali, prout materiæ competere uidetur: Nam conſcripſi, rogans ueſtram conſtantiam, ut in hoc opere ac negotio, conſtans ac celans ſitis, ne aliquem puerum, tam in ætate quàm in moribus ad præſen-

tiam peruenire permittatis, & si feceritis, promitto uobis plura de his & alijs manifestare: & cum præsenti opere & arte causa medicinali transmittere quæ prolixius dabo, domino concedente.

Sicut scribitur secundo de generatione animalium generabilium: generatio sempiterna est circuitu. Causam autem sempiternitatis in generatione animaliũ ostendit philosophus 2. de anima, dicens: Naturalißimum operum est unumquodq́; sibi simile generare: quatenus diuino esse & immortali participent, quòd omnia appetũt ut ipsa permaneant, non idem in numero sed idem in specie. Propter quod dicit Commentator 2. de anima, quod sollicitudo diuina nõ potuit ipsum hominem facere permanere idem in numero, miserta est ei in dando uirtutẽ quæ potuit in specie permanere. Et subdit: Hoc enim non est dubiũ, quin melius est habere hanc uirtutẽ quàm non habere uel nõ esse.

CAusa autem quare ista animalia & præcipuè homines, secundum eandem naturam & secundũ materiam, & secundum numerum non durant, dicitur secundo de generatione & corruptione. Quorum substantia corporalis non durat, sed est corruptibilis, non posset reiterare eadem in numero,

numero, sed substantia hominis secundũ principia indiuidui accepta, est corruptibilis, ideo generatio hominis abijcitur, quare generatio hominum sempiterna non erit secundum numerum, nihilominus tamen generatio hominum est perfectißima, quod probatur sic: quia homo est nobilißima creatura, quod patet ex intentiõe Phil in multis locis Phil. & præcipuè in secundo de anima, quia quanto plures operatiões res habet, tanto nobilior est. Homo autem per rationem intellectiuam separatur à numero uiuentiũ, ut patet ibidem. Hoc etiam est de intentione omnium philosophorũ, præcipuè Boëtij in secundo de consol. phil. ubi dicit, quod homines Deo sunt similes mente. Hoc etiam patet in 2. phil. quia motus capit naturã et speciẽ à termino ad quem, & ideo cum in esse naturam humanam in Socrate uel Platõe, uel in alio particulari homine existente, sit motus qui dicitur generatio perfectißima, erit ipsa inter omniũ animaliũ generationem. Item generatio est motus de non esse ad esse. Esse autem maximè appetitur, & præcipuè ab hominibus, quia hic inter omnes motus excellẽs est in nobilitate Et intellige de motu uariante aliquid super quod mouetur, p hæc excluditur primus motus qui est causa aliorum.

DE

DE GENERATIONE EMbrionis. caput. I.



Ostquam sermo noster præmissus est de his quæ intentionem auditoris ad styli materiam inclinant, oportunum est ad materiam operis descendere, & primò de embrionis generatione uidere. Iuxta quod notandum est diligenter, & memoriæ commendandum, quod omnis homo qui generatur naturaliter, ex semine patris & menstruo matris generatur, secundum intentionem omnium philosophorum & medicorum. Et dico medicorum, quia Aristot. non posuit semen patris in substantiam fœtus cedere, sed dicit fœtum tantum procedere ex menstruo, & postea ponit ipsum uaporabiliter exhalare. Medici aũt dicunt totum semen, tam ex parte patris (quod sperma dicitur) quam matris (qđ menstruum dicitur) cedere in substantiam fœtus.

HIS uisis, & accepta unà parte opinionis Aristotelis uel medicorum, uidendum est per quem modum, & quomodo illa semina recipiuntur in muliere. Vnde mulier cum in coitu fuit cum uiro similiter in eodẽ tempore emittit menstruũ, in quo

uir

uir sperma, ita quod ista duo semina in uulua mulieris cōcurrunt simul, & unum alteri incipit commisceri, & tunc concipit mulier. Concipere autē uocatur quando ista duo semina in matrice, & in tali loco deputato à natura, ad factum recipiūtur. Postquam uerò illa duo semina recepta sunt, matrix mulieris clauditur tanquam bursa ex eius omni parte, ita quod nihil de semine recepto potest perdere. Et cum matrix sic undiq; fuerit clausa, fit retentio menstruorum in muliere.

Iuxta quod notandum, quod menstruum in muliere nihil aliud est, quàm superfluum alimentum quod in substantiam rei aliunde non recedit, sicut est in uiris sperma. Et uocatur menstruum in muliere ideo, quia fluit in quolibet mense ad minus semel, cum mulier tantæ ætatis fuerit, hoc est, 12. 13. uel 14. annorum, & ut frequenter accidit in decimoquarto. Et incipit fluxus menstruorum esse in quolibet mense, propter naturæ purgationem. Quibusdam uerò accidit iste fluxus in nouilunio, quibusdam postea, ita non omnes mulieres in eodem tempore patiuntur istum dolorem, quia in illo fluxu omnes differenter patiūtur, quædā plus quædā minus, à quibusdam uerò transit diutius, & hoc

& hoc secundum exigentiam, & complexionem naturæ mulierum.

Sed ex his quæ dicta sunt oriuntur plura dubia. Primum est, utrum ille fluxus fiat per colorem sanguineum uel per aliquem aliũ, Iuxta quod notandum, quod in omnibus mulieribus præterquam in corruptis, color menstruorum est sanguineus ut in pluribus. Et dico in corruptis, malis & uiscosis humoribus. In his enim sunt sæpe menstrua liuidi, id est, plumbei coloris. Et non loquor de corruptione castitatis, quia indifferenter siue uirgines fuerint siue corruptæ, si tantæ ætatis fuerint, fluxum patiuntur, & signa ad hanc partem scilicet quod mẽstrua fluunt, sunt plura, de qbus postea dicetur.

Secundũ dubium potest esse, utrum menstruum fluat per anum, & hoc more secessus, aut per uuluam, modo eiectionis urinæ. Ad hoc breuiter est dicendum, quòd per uuluam fluit in specie crudi sanguinis & tenuis.

Tertio dubitatur, quare in mulieribus fluunt menstrua, quæ sunt superflua alimenti, & non in uiris sperma, quod etiam est superfluum alimenti. Ad hoc dubium dicendum est, quòd mulier est frigida, & humida à natura, uir autem est calidus

& siccus:

& siccus: modo de natura humidi est fluere. 4. Meth. & maximè humidũ quod est in mulieribus, est aqueum. Sed in uiris humidum est aëreum, & ideo cùm calor semper agat in humidum, & calor est naturalis. Sed tamen natura nihil facit frustra, ut dicitur Primo de cœlo & mundo, & quia calor in mulieribus semper est debilis respectu illius qui est in uiris, & cum totũ alimentũ in mulieribus nõ potest cõuenire in carnem, ideo natura facit quod melius est, prouidet naturæ de necessarijs, & reliquũ dimittit in locũ quendã, in quo seruantur in muliere menstrua. De illo quidem in tantum dictũ est, quia maioris inquisitionis est, quàm præsens exposcit negotium.

QVarto dubitaret aliquis, unde ueniret menstruũ in muliere, quando est in coitu cũ uiro, quia dictũ est supra, quãdo mulier cõcipit, retẽta sunt menstrua, ergo si retẽta fuerint, mirũ est unde tũc fluunt in coitu. Ad hoc dicendum est quod quando mulier cõcipit, retenta sunt menstrua propter hãc causam finalem, ut de menstruo retento, fœtus in utero mulieris existens, poßit nutriri. Quando autem mulier est in coitu cum uiro, tunc propter magnam delectationem quam habet, quia per uirgã

nerui & uenæ existentes in uulua confricātur & mouentur, & sic uulua dilatando se menstruum emittit, & hoc est naturale respectu coitus, quia ille coitus est naturalis. Est tamen quasi uiolentus respectu fluxus naturalis menstruorum. Item omni die de nutrimento sumpto, fit materia, quæ apta nata est ad expellendum in coitu. Ex illo soluitur dubitatio quare mulieres impregnatæ maximè appetunt coitum, quia appetitus coitus est propter abundantiam materiæ superfluæ ab alimento. Et ideo cū menstrua sunt retenta, et omni die aliquid aliud generatur, mulier maximè appetit coitum, quia ex eius materiæ abundantia, uulua mulieris calescit, & sic coitum appetit.

DE FOETVS FORMAtione. Caput. II.

VIsis istis ad formationem fœtus in matrice est redeundam. Prima materia recepta in matrice habet naturam lactis sex primis diebus. Ad hūc calorē lactis, operatur calor naturalis in spermate uiri emissus, & calor matricis ita quod ista materia dealbatur sicut lac. Deinde illa materia transmutatur ad naturam seu colorem sanguinis spissi, et aliqualiter bene cocti, et hoc per 9. dies,

postea

postea tunc ab isto tēpore fit consolidatio in membris fœtus, in 12. diebus.

Iuxta quod notandum, quod secundum Phi. unum quodq; uiuentium consurgit ex quatuor elementis, ideo quia in tali materia est materia terrea, quæ cedit in substātiam oßiū: similiter aquea cedit in suum simile, & sic de alijs. Postea uerò solet facies formari à natura, & dispositio corporis secundum t inam dimensionem, scilicet longum, latum, & profundum, & hoc fit per 18. dies. Ab isto uerò tempore incipit natura fœtus confortari usq; ad egressum. Nota quod fœtus mulieris conficitur in 14. diebus. Et illud quod per sermonem longum dictum est, solet dici per quatuor hos uersus: Conceptum semen, sex primis crude diebus, Et quasi lac, reliquisq; nouem fit sanguis abinde. Consolidat duodena dies, bis nona deinceps Efficiat, reliquum tempus producit ad ortum.

Sunt autem quidam, qui penes quolibet tempus signatū, ponunt regnare aliquem planetarū. Et quia scire hoc multum confert, ad ea quæ hic scribuntur, ideo ne ignorantiæ meæ illud neglectū ascribatur. ex his aliqua declarabo. Notandum primo, ut dicit Auicenna, accidentia sunt in

triplici genere, quædam enim materiam consequũtur in composito, & ei attribuuntur quædam formæ, quædam compositum ex materia et forma consequuntur. Et cum hoc sit naturale compositum ex materia & forma, tripliciter denominabuntur accidentia in ipso. Ex parte autẽ animæ sunt quædam accidentia, uirtus eundi & mouendi, & quia secundum intentionem quorundam, qui dignè locuti sunt de natura, omnes uirtutes quas anima in corpore complectitur, illas contrahit à superis & corporibus cœlestibus.

Ab ultimo enim orbe, qui motu diurno omnes sphæras inferiores recipit, influuntur materiæ principaliter & radicaliter uirtutes essendi & mouendi, ab orbe stellarum fixarum fœtus recipit uirtutem, quæ distinguitur in esse secundum diuersas figuras & accidentia. Et illud conuenit, & in quãtum est forma, sed etiam contrahit aliam uirtutem ab hoc orbe quæ dat esse, & secũdum diuersas naturas huius orbis. Post sphæram stellatam ponitur sphæra Saturni secundum astronomos, & ab illa influuntur animæ uirtutes discernendi & ratiocinandi. Et postea sphæra Iouis, & ab illa influitur animæ magnanimitas, & plures animæ

passiones.

paßiones. Et à sphæra Martis influitur animæ animositas, & uirtus irascibilis, & alia desideria animæ. Et à Sole influitur uirtus sciendi & memorandi. A Venere motus concupiscentiæ & desiderij. A Mercurio uirtus gaudendi & delectandi. A Luna quæ est radix omnium uirtutum naturalium, uirtus uegetandi, quamuis hæc & plura alia, ab anima procedunt, & cum ista sequuntur ex diuersis partibus corporum cœlestiũ, tamen hæc omnia animæ attribuuntur, et non solum animæ, sed toti cõposito, quod simplex nõ potest sustentare accidẽs.

Nunc uerò ex parte corporis consimiliter est notandum, & primo de creatione uel formatione corporis, quod ex embrione creatur & formatur per effectus & operationes stellarum, quæ planetæ dicuntur. Primò enim materia embrionis uel hominis generandi, compressa & coagulata per frigiditatem & siccitatem Saturni disponitur, & huic materiæ à Saturno uirtus influitur uegetatiua, & motus naturalis asscribitur, & tunc patebit in tali materia operatio aliqualiter debita. Et ideo medici dicunt, quod post lapsum spermatis in matrice, primi mensis in generatione, & in temporis succeßione, secundum exigentiam naturæ semi

nis, Saturno aſſcribitur, quia ſua frigiditate et ſic citate ſemen conſtringit & conſolidat.

Sed ex iſto ſtatim oritur dubitatio, quia alicui poteſt eſſe dubium, utrum Saturnus regnet in cuiuslibet embrionis conceptione. Et ſi non, tunc mirabile eſt quod dictum eſt.

CIrca quod notandum eſt, quod materia prima ſubiecta eſt corporibus ſupercœleſtibus. Et hoc eſt quod dicit philoſophus primo metheor. quod omnia inferiora cauſata ſunt à ſuperioribus, & ab ipſorum motibus gubernantur. Et ideo neceſſe eſt quod iſta inferiora particulariter & uniuerſaliter reſpiciantur à ſuperioribus, intelligendo de uirilitate corporis totius ſupercœleſtis: uniuerſaliter enim iſta inferiora reſpiciuntur à ſuperioribus, quia nihil fit de materia elementari, niſi ex uirtute corporum ſuperiorum: ideo dicit Commentator .metha. quod natura non agit niſi gubernetur à corporibus ſupercœleſtibus, hoc eſt ab intelligentijs Particulariter enim aliquid fit in iſtis inferioribus à cauſatione ſuperiorum, quia una pars cœli apta nata eſt introducere talem formam determinatam & ſpecialem, alia uerò aliam formã, et illud totum uidetur eſſe de intẽtione Cõmentatoris

tatoris in primo de generatione & corrup ubi uult quod generatio elementorum & partiũ ipsarum ad inuicem ordinantur & conseruantur per motus corporum supercœlestium, & per motus elementorum qui concurrunt generaliter ad generationem mixtorum. Addit aũt Commentator, quod indiuidua animantium & planetarum sunt determinatarum causarum, & sunt determinata ad esse. Et ita tam esse uniuersaliter quam particulariter inferiora à superioribus respiciuntur.

Et ideo cum materia primo sit subiecta corporibus supercœlestibus, necesse est, quod capiat formam alicuius speciei determinatam ab aliqua parte speciali cœli, ita quod non potest eam recipere à corpore cœlesti in communi, eo quod tale corpus respicit istam materiam uel istam formam indifferenter: nam qua ratione daret illam formam, eadem daret & alias, quia omnes formæ quæ sunt in potentia in materia prima, et in primo motare, sunt in actu, ut dicit Commentator 12. Methaphisicorum, ergo cum materia sufficienter disposita est, necesse est esse aliquam determinatam partem in primo motore, primo specialiter respicientẽ materiam ad huius determinate susceptionẽ, & ideo

non sufficit agens particulare physicum stante cõ muni influentia, & communi actione corporum cœlestium. Et illud patet ex eo, quia postquàm semen est decisum, gerit in se uim illius, à quo est decisum. Et illa uirtus non gubernatur à corporibus supercœlestibus uniformiter, ita quod non magis gubernatur ab una parte cœli, quàm ab alia, imò hoc modo destitueretur in sua propria actione, & per consequens à fine. Et illud est de intentione Aristot. secundo de generatione & corrupt. ubi dicit, quòd adueniente Sole redibunt animalia, & recedente Sole animalia peribunt. Illud autem apparet ex intentione Cõmentatoris secũdo Metha. ubi uult quòd materia prima, primo non recipit omnem formam indifferenter, sed primo formas elementales, & mediantibus istis omnes formas mixtorum. Ille autem ordo formarum non potest esse, nisi ab aliquo specialiter materiam gubernãtium, ad receptionem formarum.

Et per hunc modum manifestatur esse de Saturno propositum, scilicet quòd disponit materiam & introducit talem formam, sed quod Saturnus sic semper dicitur regnare in embrionis conceptione, sic intelligitur, quòd suum regnare in hoc

loco non

loco non ſumitur pro alio quam influere talem diſpoſitionem, quæ ab alia parte cœli nõ eſt nata influi. Et ideo ſi in tali hora noctis uel diei non dicatur regnare Saturnus, hoc eſt ex eo quod ceſſat uirtus ſua, ſed aliquis alius planetarũ, uel ſtella apta nata eſt influere talem diſpoſitionem in materia, quam Saturnus influere non potuit, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene prædiſpoſito. Et ſi aliquis quæreret, cur ita fit quod omnia tali curſu currant? Reſpondeo quòd ſic ſunt ordinata apud Deum, qui primò originaliter omnia diſponit ſecũdum ordinationem ſublimem, & cuilibet uirtutem propriã ſecundũ exigentiã ſuæ naturæ miniſtrat.

Poſt hæc quæ dicta ſunt Iuppiter aduenit, qui ſua gratia & uirtute ſua materiam diſponit ad ſuſceptionem formæ membrorum, & caliditate ſua uirtuali & cauſali materiam fœtus confortat & ſua humiditate replet quæ fuerunt deſiccata à uirtute Saturni in primo menſe, & ſic Ioui attribuitur ſecundus menſis.

Tertio aduenit Mars, qui ſua caliditate & ſiccitate format materiam, diuidens à lateribus brachia, & diuidit collum à brachijs, et caput format, & huic operatiõi attribuitur tertius menſis.

Quarto mense uirtus Solis aduenit, formas imprimit, cor creat, & animæ sensitiuæ motum dat. Et hoc est uerum secundum intentionem medicorũ & quorundam astronomorum, tamen secundum intentionem Aristot. cor inter omnes partes generandas generatur primo, & uirtute eius omnia mẽbra nascuntur, addũt enim quidam ad istã partẽ dicentes, quòd Sol est radix totius uirtutis uitalis, & tali operationi quartus mensis asscribitur.

Quinto tempore quædam exteriorum membrorum Venus sua uirtute perficit, & quædam exteriora format, aures, nares, os, & uirgam uirilem in masculis, & pudibunda scilicet uuluam, mammillas, & alia membra in fœmellis: manuum & pedum separationem facit & digitorum, & isti quintus mensis aßignatur.

Sexto tempore influentia & regnatio Mercurij instrumenta uocis format, supercilia componit, oculos fabricat, capillos crescere facit, & ungues producit. Et isti operationi sextus mensis attribuitur, unde uersus.

Istrumenta nouem, sunt guttur, lingua, palatum.
Quatuor & dentes & duo labra simul.

Septimo tempore Luna operationi finem imponit: res

nit: replet enim sua humiditate angustias carnis, et aurigenas carnes in superficie complet. Venus uero et Mercurius humiditatem tribuentes toti corpori, nutrimentum dant. Et isti operationi datus est septimus mensis.

POstea influentia Saturni, cui octauus Mensis asscribitur. Et ille Saturnus multum infrigidat et siccat, et per consequens stringit fœtum, et ideo aliqui Astronomi ponũt fœtum generatum in octauo mense moribundum uel mortuum esse, ut in sequentibus manifestabitur. Deinde in nono mense dominatur Iupiter, qui sua caliditate et humiditate fœtũ lætificat: et fœtus qui generatur in isto Mense, est fortis, et bene dispositus, et longæ uitæ et est fortis, gratia caloris, et longæ uitæ gratia humiditatis.

ESt autem adhuc notandum, quod membra corporis organici duodecim signis zodiaci attribuuntur. Primo ergo signum totius sphæræ cœlestis est aries, in quo quidem signo, Sole existente temperato, fit calidum et humidum, tunc est motus ad generationem, et ideo motus Solis in arietem dicitur principium uitæ, et radix uirtutis uitalis, propterea arieti attribuitur caput

in ho-

in homine & eius conditiones. Nam aries in cœlo est dignior pars cœli, quia principium diuisionis sphæræ per duodecim signa, sicut caput in homine uocatur dignior pars corporis, & ideo merito arieti est aßignandum, et quia Sol currens in hoc signo calidum & humidum naturæ mouet, & caput in homine dicitur principium spiritus uitalis.

Tauro quidem collum, humeri & scapulæ Geminis attribuuntur, cancro manus & brachia, leoni quidem pectus & cor & diaphragma, uirgini stomachus & intestina, & costæ, & lacerti attribuitur. Et hoc uidetur esse medietas corporis secundum cursum medietatis cœli, uidelicet ut à parte septentrionali est annotata. Libra uerò secundam partem corporis respicit, scilicet renes, & est principium cæterorũ membrorum. Scorpio uero loca libidinis respicit tam ex parte uiri, quã ex parte mulieris. Sagittarius nares, & ea ꝑ quæ natura secessum dimittit, & posteriora respicit. Capricornus uero genua et alia inferiora respicit. Aquarius uero tibias respicit. Piscis uero quod est ultimum, formationes pedum respicit & plantas, & sic breuiter habitum est iudicium ex parte duodecim signorum.

Et

Et non opinetur aliquis illa ficta fore. Nam fides huius in multis experimentis potest inueniri. Noscat ergo experimentum quiuis, quòd malum & uenenosum est tãgere aliquod membrum Lunæ existente in tali signo illius membri, & causa istius est, quia natura Luna auget humiditatem, quod experimur ad sensum, quòd si carnes recentes ponantur de nocte ad radios Lunæ, ibi generantur uermes in carnibus, & illud non semper apparet eodem modo, sed præcipuè in speciali statu lunæ.

Vt illud sanè intelligatur est aduertendum, quod quatuor sunt status Lunæ secundum Albertum in tractatu, de statu Solis et Lunæ. Luna uerò in prima eius intensiõe est calida & humida usque quo est semiplena, post hoc nunc dicitur calida & sicca quousq; sit plena. Deinde est frigida usq; est semiplena in decremento, ultimo uerò est frigida usq; soli adiungitur, et in hoc statu maximè humectat humida putrefaciendo, ideoq; cum Luna augeat in omnibus membris humiditatem, tunc lædere membrum ferro est idem quod grauiter uulnerare, quia malũ est humiditatẽ addere humiditati, et sic per consequens augmentatur nocumentum.

Sciatis aũt socij mei, quamuis quædam mulieres

causam rei huius occultam ignorant, tamen quædam mulieres bene effectum cognoscunt, et plura mala ex isto operantur, ut cum uir est in coitu cũ eis, accidit quandoq; uiris magna læsio & grauis infectio ex infectione membri uirilis per ferrum appositum per eas, prout quædam mulieres uel meretrices doctæ sunt in illa nequitia & in alijs. Et si fas esset dicere, hoc quidem describerem, sed quia proprium meum creatorem timeo, ideo de illis occultis ad præsens nihil manifestabo.

Item de quarto statu Lunæ præcipuè possumus effectum declarare prædictum alio experimento, quod sumitur, quòd radij Lunæ de nocte subintrantes & peruenientes ad caput dormientis, faciunt dolorem capitis & fluxum reumatis. Et causa huius dicta est prius.

DE INFLVENTIIS PLAnetarum. Caput III.

POst hoc uerò ad influentias planetarum (quos antiqui uocauerunt deos naturæ super hominem ex parte corporis & animæ) nunc reuertamur, &c.

SAturnus qui est superior, obscurior et grauior & tardior alijs planetis cœlestibus, facit natum

tum qui ſub eo naſcitur, fuſcum in colore ex parte corporis, & planum in capillis nigris et duris, & caput turbidum & benè barbatum, & talis homo continet ſubtile pectus, et habet ſciſſuras in calcaneis figuraliter, et hoc eſt ſecundum diſpoſitionem figuralem, Secundũ uerò animam malus eſt, multum perfidus et malitioſus, iratus, triſtis, malignæ uitæ fœtida diligens, et turpia ueſtimēta ſemper induens, et non eſt luxurioſus, et in pluribus Venerem minimè diligens, imò naturaliter abhorret: unde breuiter notandum q. ſecundum intentionem magiſtri mei in illa ſcientia experti, quicunq; natus fuerit ſub Saturno habet omnes malas diſpoſitiones corporis.

IVpiter uerò ſtella regalis exiſtens, pia dulcis et lucida, temperata et proſpera, facit natum optimum, quia nato ſub eo dat faciem pulchram, oculos claros, & barbam rotundam. Et figurat duos dentes ſuperiores magnos, & æqualiter diuiſos. Et dat homini colorem album rubeo permixtum in facie, et facit longos capillos. Secundum animam uerò facit natum bonum & honeſtum ac modeſtũ, et erit longæ uitæ, diligens honeſtatem, diligensq; ueſtimenta pulchra & ornata, & delectabiles

ſapo-

ſapores, odores ei placent, & erit miſericors, largus, iucundus, uirtuoſus, & uerax in ſermonibus, incedens honeſtè & multum proſpicit terram.

MArs cùm ſit intemperatus in caliditate & ſiccitate, ſecundum hoc facit natum ſuum rubei coloris, cum quadam aduſtione & obſcuritate, ſicut uidetur in his qui paßi ſunt à Sole, & habet paruos capillos, & paruos oculos, totum corpus habet curuum & groſſum aliqualiter. Secundum animam uerò fallax, inconſtans, inuerecundus, iraſcibilis, proditor, diſcordias & bella ſeminans, & ſuperbus erit.

SOL quidem regalis ſtella exiſtens, lumen mundi & oculus uocatus, natum ſub eo facit carnoſum, & faciem pulchram, & oculos magnos, colorem album cũ quadam rubedine, benè barbatũ, & longos capillos. Secundum animã uerò, ut quidam ſcribunt, facit hypocritam & malum, iuſtum in exteriori parte apparentem, & facit homines multum ſcientes ſecundum aliquos. Sed inueni aliquos dicentes, quod natus ſub illo planeta eſt regularis religioſus, profundæ deuotionis, ſapiens, diues, diligens bonos, deprimens malos.

VEnus eſt ſtella beneuola, & facit natum pul

chrum,

chrum, et maximè oculis & supercilijs carnosum, mediocris staturæ, secundū animam uerò blandū, facetum, eloquentem, musicalia diligentem, uoluptatem, gaudium & choream desiderantem, ornatum corporis diligentem, & suauiter incedentem.

MErcurius, quem Astronimi solem assequi asserunt, & per eius radios contrahi, facit natum corpore gracilem, satis paruæ personæ, barbæ pulchræ & raræ. Secundum animam uerò erit sapiens & subtilis, philosophiam diligens et studium, & erit bonorum morum & perfecti sermonis, & ille multos acquirit amicos, & tamen non multum fortunatus. In eo bona consilia uigent, uerax, & nullius perfidiæ, expers infidelitatis, & inscius, & non conscius, id est, socius in malo.

LVna cùm sit uelocioris motus, facit natum uagabundum, sermone uerum, nullius seruitij, iucundum, & mediocris staturæ, & habet inæquales oculos, scilicet unum altero maiorem.

Et sciendum quòd omnes stellæ et aliæ partes corporis supercœlestis, illa officia diuinitus exequuntur, & semper sic agunt, & sic nunquàm expediuntur, quantū ex parte eorum, & ideo fas est dicere secundum ea quæ dicta sunt, omnia in-

ſteriora à ſuperioribus reguntur, & ideo illa quæ diuino ſacrificio & beſtiali immolatione, & alia quæ in mundo ſunt, non poſſunt remouere actionẽ corporũ ſupercœleſtium, dantiũ uitã & mortem.

Ex iſtis uerbis forte aliquis crederet me ſic cadere in duplici peccato. Primo quidem quia ſtatim uiſa ſuperficie uerborum concluderet ex eis uerbaliter, oĩa de neceßitate uenire. Secundo, quòd me occultatorem Chriſtianæ fidei uellet dicere: ſed quia declaratio amplior eſt in hac parte, ideo eam omittimus. Et de illis planetis & ſuperioribus corporibus cœleſtibus quoad influentiam reſpectu inferiorum, in tantum dictum eſt. Eſt autem notandum, quòd aliquando plures fœtus naſcuntur in matrice, hoc autem eſt per diſgregationem ſeminis in ipſa matrice, qa matrix habet cellulas in ſe: cùm autem in quamlibet cellulam recipitur materia fœtus, ibi fiunt multi.

DE GENERATIONE ANImalium imperfectorum
Caput IIII.

VT autem ea quæ dicta ſunt lucidiori lumine cognoſcantur, & quomodo aliquando plures fœtus fiunt in matrice, & plures naſcuntur, ſicut

ſicut duo gemelli, oportunum eſt modicum tranſgredi ab hominis generatione, & uidendum eſt de generatione animalium imperfectorum, quæ non ex ſemine, ſed putrefactione generantur. Iuxta quod notandum, quòd illa animalia imperfecta, ſicut muſcæ & ſimilia, non ſemper eodem modo generantur: ſicut perfecta animalia, quia per deciſionem ſeminis non generantur, ſed ex putrefactis, ut patet 4. Metaphyſic.

Vtrum autem animalia eadem ex ſemine uel ſine ſemine generentur, dubitatio eſt apud plures. Opinio enim Auicen. lib. de diluuijs, eſt, quod eadē animalia ex ſemine & ſine ſemine generantur: et hoc declarat, quia diluuium fieri poteſt adhuc uniuerſale, & in tali diluuio corrumperentur oēs uiuentes, corruptis aūt omnibus uiuentibus fierent influentiæ in cadauera mortuorū quæ putrefacta ſunt, & tunc ex uirtute cœli generabūtur eadem quæ prius fuerūt, ita, quòd unū generabitur ex putrefactis, et aliud per deciſionem ſeminis ſibi ſimile generabit in ſpecie: igitur eadem ex ſemine & ſine ſemine generabūtur. Et declarat poßibilitate huius ad ſenſum, dicēs: Capiātur capilli mulieris mēſtruoſæ, et ponātur ſub terra pingui ubi iacuit

finius tempore hyemali, tunc in uere siue æstate quando calescent calore Solis generabitur serpẽs longus & fortis, ille ultra generabit sibi similẽ in specie, per decisionẽ seminis. Et illud idẽ declaratur in mure, quia tẽpore suo quidã mus erat factus ex putrefactione, & ille ultra sibi generauit similem in specie ex semine. Plures possent adduci rationes, sed prædicta sufficiunt, quia longum esset omnia accidentia ad illam materiam enarrare.

Sed breuiter ad illam opinionem dicendũ est, quòd ipsa non est uera. Et ratio est, quia secundum Philosophũ 8. Physi. sicut aliquis habet propriam materiam, sic proprium habet agens, quia tali materiæ est talis forma, quia alius est actus materiæ, & alius est actus formæ, ut dicitur 8. Metaph. et cũm illa animalia habent diuersas formas, ergo & materias, & per consequens diuersa agentia et generantia habebunt. Intentio enim Phil. 8. Physi. est, quòd eadem animalia saltem secundum speciẽ possent fieri ex semine & sine semine, sicut sanitas quandoq; fit ab arte, quandoq; à natura. Sed in hoc differt ab Auicenna qui ait, quòd nunquam animalia perfecta sine semine fiant: secundũ autem Philos. hoc non est uerum, differt etiam ab

eo,

eo, quia secundum doctrinam Philos. 1. Metheo. Diluuium uniuersale est impoßibile apud naturam tam per ignem quam per aquã. Et hanc rationem ponit Albertus, quòd diluuium fit ex constellatiõe humectante, ideo si constellatio humectans respicit unam partem terræ, tunc alia opposita terræ respicit aliam partem, scilicet constellatio desiccans. Et quantum una humectat in una parte, tũc alia desiccat in alia parte, ideo impoßibile est quod dicit Auicenna.

Respondeamus & dicamus, quòd quædam sine semine generantur, & causam huius generationis reddit Philoso. 4. Metheororum dicens: Calor disgregans corpus mixtum, facit per hoc quod subtile extrahit, & relinquit grossum, & non est absolutè calor, sed est uirtus constellationis cœlestis. Et Philosophi intentio est, quòd materia ex qua animal sine semine nascitur, est aliqua humiditas subtilis, in qua quidem calor naturalis sæpe agit ex parte cœli, qui dum proportionatus est materiæ, in quam quidem materiam forma talis animalis debet introducti, hãc humiditatem calor cœlestis iã dictus, segregat à qualibet parte großi terrestris. Et secundũ intentionem Philosophi 7.

Methæororum hæc generatio est uniuoca, saltem uirtualiter, nō autem formaliter. Per hoc soluitur dubitatio, quam quidam faciunt dicentes. Omne quod generatur uniuocè, ex sibi simili generatur in specie. Verum est, aut formaliter aut uirtualiter, ut iam dictum est. Circa hoc nota, quòd ex eadem materia plura animalia imperfecta nascūtur, ut ex equi stercore nascuntur muscæ, uespæ, & plura alia, & diuersi coloris & figuræ, & similiter scarabæi.

Causa autem diuersitatis illorum animalium est diuisio seminis in matrice, & illud est uerum principaliter in animalibus perfectis. Et est notandum, quòd in matrice mulieris plures sunt cellulæ, quando tunc semen decisum à patre sic colligitur, quòd in unaquaq; cellula matricis pars seminis sic recipitur, tunc est modus generationis plurium fœtuum, & ille modus generationis respectu animalium imperfectorum accipitur simile, ita quòd ibi inest aliquod loco matricis, & aliquid seminis. Et ideò talis humiditas diuiditur per loca eductionis fœtus in putrefactis, & ideo multiplicantur talia animalia. Et causa similitudinis talium animalium, similitudo humidi educti de cor-

pore

pore in partes homogeneas, & diuersitas speciei talium animalium sumitur per oppositum, scilicet per humidum eductum in partes heterogeneas.

Quòd autem quædam animalia generata sunt longa & stricta, & quædam breuia, hoc est ex diuersitate complexionis humidi, quia ex cholerico calido & sicco generatur corpus longum, strictum & gracile, eò q. calor in eo multum extenditur. Ex flegmatico frigido & humido generatur animal breue & latum, quia humor aqueus est multum dilatabilis, & frigiditas non multum extendit ipsum. Sed ex sanguineo calido & humido generatur animal medium inter longum et breue, propter calidum & humidum temperatũ. Sed ex melancholico generatur animal strictum & breue, quia frigiditas nõ permittit ipsum extendi, & siccitas non permittit ipsum dilatari. Ex cholerico autem accidentali & adusto, generatur animal longum & ualde gracile, quia feruor caloris eius multum extenditur, & siccitas mediata & moderata attenuatur. Et est notandum q. cholericus est crocei coloris ut frequentius, & sanguineus rubei coloris, melancholicus nigri coloris, & flegmaticus albi coloris. Et quorũ natura pmixta fuerit, horũ

& qualitas et calor necessario permixtus erit. Sic ergo in hoc capitulo habemus modum generatiõis animalium imperfectorum ad similitudinem perfectorum, & quomodo plures fœtus simul fiunt, tam in perfectis quam in imperfectis, & quare aliquod animal est longum & aliquod breue, aut quare talis coloris ut frequentius.

DE EXITV FOETVS DE utero. Caput V.

NVNC autem ad superius dicta de generatiõe & formatione embrionis in utero materno, sermonem nostrum conuertamus, & de modo exitus dicamus. Et primo uidendum est, quomodo istæ tres potentiæ animæ, scilicet uegetatiua, sensitiua, & intellectiua, ueniunt ad materiam fœtus, siue quo ordine. Iuxta quod est notandum, quòd illud est alterius negotij quam præsens materia requirit, quia respicit scientiam lib. de Animalibus, tamen aliquantulum de ipso breuiter tangamus.

Sperma uero collectum in matrice mulieris augmentatur statim quãdo infusum est ei, & quando matrix est benè clausa, sed alimentum siue augmẽtum est à potentia animæ uegetatiuæ, quia spermate deciso à patre uel generante demissa est ista potentia

tentia uegetabilis, & hoc patet 2. de Anima. Vbi dicitur quod potentiæ uegetatiuæ sunt duo opera, scilicet generare & alimento uti, quia planta generat plantam, animal uerò animal. Vnde uidetur quod ab illa anima fluat uirtus generatiua proficiens, seu cōpetens generationi embrionis: postea uero tempore subsequenti secundum exigentiam naturæ superadditur materiæ anima sensibilis, et postea anima illius speciei uel illius. Et illæ uirtutes, scilicet uegetatiua & sensitiua, distinguuntur per operationes, quæ ultra differunt per obiecta, & non differunt illæ duæ potentiæ, scilicet uegetatiua et sensitiua, ita quòd sunt duæ potentiæ distinctæ secundum essentiam, est enim una & eadem essentia uegetabilis, quamuis non eodem modo: & hoc dicit Phil. 16. de Anima. Embrio primo uiuit uita plantæ, secundo uita animalis, tertio uita huius speciei uel huius. Etiam additur in homine uirtus intellectiua, quæ non generatur à materia, sed à cœlo, & est de formis infusa, unde est finis et perfectio omnium formarum existentium inferius. Iam consueuit apud medicos dici, quòd prima uita est latens & occulta, media apparens & manifesta, ultima uerò excellens & gloriosa. A prima est sen

ſus naturalis, à ſecunda ſenſus animalis, à qua eſt ſenſus uiſus, auditus, & etiam motus uoluntarius, à tertia uero eſt ſenſus ſpiritualis, à quo importatur diſcretio & perſecutio, & ſic de alijs.

Tempus uerò egreßionis fœtus ab utero materno, ut frequentius eſt in nono menſe, quibusdam tamen in octauo, quibuſdam in X. & quibuſdam in XI. & etiam non ultra. Quædam uerò mulieres ſolent parere in VI. menſe & abortiue, ideo naturā hominis non producunt, ſed aliquam materiam carneam et lacteam. Illud autem accidit eis propter plura, ut patet: quia materia menſtruorum corrupta eſt, uel per nimium motū per quem rumpitur matrix, uel propter alia mala. Et ideo meretrices et doctæ mulieres uel lenæ in hac arte, quando ſentiunt ſe impregnatas, mouent ſe de loco ad locum, de uilla ad uillam, ducunt choreas, & multa alia mala, & frequentius multū coëunt, & luctantur cum uiris, ut per motū liberentur à conceptione, & cupiūt coitū ut ꝑ delectationē obliuiſcātur dolorē ꝗ generatur ex deſtructione fœtus.

Eſt autem notandum quòd iuuenes ex timore & ex ictu tonitrui ſæpe diſponuntur quòd fœtus uitam habens moritur, & ſi uitam non habuerit,

poßibile

poßibile eſſet quod ſemen motu naturali à forma hominis deſtrueretur. Cauſa aūt huius primo accidit ex parte timoris, à quo totum corpus immutatur et diſponitur ad ægritudinem, et per eius aduentum fœtus læditur & extinguitur. Secundo ex parte fulminis, quod penetrat uſq; ad interiora, et ea deſtruit, & combuſtionem facit, tamen nullum ſignū aduſtionis extra apparet, propter uaporis illius ſubtilitatem. Et eſt etiam uapor ille fortißimus, qui etiā quādoq; interficit hominem, eò quod penetrat ad membra uitalia interiora, et propter ſubtilitatem non apparet aduſtio, eò quod magis lædit ictu q̄ calore. Et tunc ut frequentius ſecundum diſpoſitionem naturalē interiorem, ubi fœtus inuenitur diſpoſitus, tunc conſumit totum humidū radicale & complexionale ipſius fœtus, & tunc fœtus extinguitur. Et ſciendum quod illa non ſunt ficta, quia ſicut recitat Albert. de operatione & effectu fulminis, quod in ictu tonitrui quandoq; uidetur comburi calceus pede illæſo, & è conuerſo. Et quandoq; pili iuxta loca libidinis membris illæſis, & quòd ictus fulminis pertingit ad interiora per hunc modum quem dixit. Fides huius eſt, quia uenenoſus ſerpēs percuſſus à fulmine, per paucos

dies

dies uermiculat & putrescit. Et est serpens à quo tollitur uenenum per huiusmodi impreßionẽ. Item signum fidei est dolium pertusum, cuius uinum stetit per aliquod tempus non exeundo. De his autem et de eorum causis superfluũ est hic determinare.

Sed de his quæ dicta sunt in textu quædam dubia moueri possent, quorum solutiones & determinationes uobis committo. Primum est, utrum poßibile sit in illo tempore, quando uir est in coitu cũ muliere, si effectus fulminis per tempus illius motus fuerit, si semen receptum hora eiectionis poßit recipere aliquam nouam impreßionem, per quam disponatur ad aliquid aliud, quam sua natura particularis intendit.

Secundum dubium, utrum in hora eiectionis seminis, id quod influitur à planetis posset prohiberi ab ipso fulmine, & tetigisse materiam seminis ex parte patris & matris.

Tertium dubium, utrum per ictum fulminis tangentem materiam ex utraq; parte, posset influi semini uirtus, per quam procedit ad formam masculi, ita tamen quod materia prius disposita fuerit ad fœmellæ formam uel dispositionem, & è conuerso.

Quia

Quia fœtus in ſeptimo Menſe, ut frequentius bene habet, ita quòd motus eius naturalis eſt. Si autem permanſerit uſq; ad octauum menſem, tunc naturaliter tendit ad ortum, & incipit laborare ad egreſſum, ideo in ſeptimo menſe habet bene, quòd motus eius naturalis eſt, & in octauo menſe exit libenter, & ſubito moritur, Quia multum in ſeptimo menſe laborauit, & ſic debilitatus eſt. Si uerò nono menſe exeat, eſt ſanus, quia requieuit per octauum menſem à laboribus habitis in ſeptimo menſe.

Vbi ſciendum quòd in quibuſdam mulieribus eſt maior dolor quàm in alijs, quia in quibuſdam accidit quod fœtus quandoq; prætendit manum, & quandòq; pedem, quæ omnia ſunt nociua. Tunc obſtetrices fœtum diligenter retrudunt, & ex illo generatur magnus dolor, ita quod plures mulieres, niſi fuerint ualde fortes, debilitantur uſq; ad mortem. Accidit quandoq; etiam in partu mulieris, quòd rumpitur uulua uſq; ad anum, ita quod illa duo foramina unũ fiunt Et tunc obſtetrices diſcretæ utuntur quodã unguento, unguentes uuluã & diligenter retrudunt matricem: quia matrix ſæpe læditur & uulneratur in uulua. Ideo neceſſarium eſt,

rium est, ut in partu mulierum habeantur discretæ mulieres, & in hoc opere expertes. Hoc autem di dici à quibusdã mulieribus, q̃ quando fœtus prætẽ dit caput in exitu, tũc bene ualet negotiũ, q̃a tũc alia mẽbra faciliter sequuntur, et fit partus leuis.

Sed circa ea quæ dicta sunt dubitatio oritur om nibus mirabilior, scilicet unde ueniat puero iacen ti in matrice nutrimentum, cùm matrix sit undiq; clausa. Iuxta quod notandum quòd fœtus est clau= sus in matrice mulieris, uirtute naturali in tali cõ plexione occulta. Primò inter omnia nascitur quæ dam uena uel neruus, quæ perforat matricem, & à matrice procedit uno tramite usq; ad mãmillas. Modo quando fœtus est in utero mulieris, tũc indu rantur mãmillæ mulieris, quia tunc substãtia men strui fluit ad mamillas ꝑpter clausurã matricis, et ideo substantia menstruosa fortiori decoctione co- quitur usq; ad colorẽ albedinis, et appellatur flos mulierum, & ideo usq; ad colorẽ lactis dealbatur, et illud lac mulieris dicitur. Et sic illo modo deco= ctũ mittitur per talem uenam ad matricem, & ex hoc fœtus nutritur tanquã de ꝓprio et naturali nu trimẽto. Et hæc est uena quæ in exitu fœtus ab ob stetricibus abscinditur in umbilico, et ideo uidetur

in pue=

in puero nouiter nato, quòd umbilicus eius sit ligatus cum aliquo ferro, ne aliquid exeat de corpore eius per hãc uenã quæ abscisa est à matrice in utero ülier:.. quæ uocatur umbilicus, et pẽdet in utero materno cũ pẽdicula ex parte matricis ãnexa.

DE MONSTRO IN NATURA. Caput VI.

SICVT dicit Aristoteles secundo Physi. quod sicut peccatum est in natura, sic etiam in arte. Cuius declaratio ad præsens negotium multum ualet, & ad manifestationem intenti in quantum nũc expedit, Vnde sciendum quòd monstra siue peccata in natura uocantur illa indiuidua alicuius speciei, quæ in aliqua parte corporis cursum communem illius speciei excedunt, sicut contingit uidere in hominibus habentibus nisi unum pedem, uel tantum unam manum, & sic de alijs. Notandum est autem quòd istud miraculum quod Philosophi monstrum naturæ appellant, accidit multis modis, aut enim ex diminutione materiæ, aut ex superabundantia. Ex diminutiõe uero contingit pluribus modis. Primo modo diminutio attribuitur materiæ in se, & tunc cum membra principalia primò puero debent formari & ordinari, natura

ſagax & ingenioſa facit ut completius poteſt, & ea quæ ſunt principalia format, et iſtis formatis et diſpoſitis ad formationem cæterorum membrorum ſtudet, et ibi ex materia quam habet facit quod poteſt, et format partem diminutam, quando diminutio eſt in materia, et ideo contingit caput aliquando eſſe maius uel minus quàm natura requirat illius indiuidui particularis ſic generati, quia ſi diminutio in materia parti præiacenti formatione nō obfuiſſet, caput ſic formatum ſub diminutione materiæ eſſet proportionabile naturæ indiuiduæ in ſe et in omnibus alijs membris, & illud etiam de alijs principalibus cōcludi poteſt, cū iſtis principalibus debetur ordo, ut philoſophi naturales & medici teſtantur. Alio quidem modo diminutio materiæ attribuitur parti alicui generandæ ſpecialiter.

Iuxta quod notandum, quia ſecundum intentionem Philoſophi, omne mixtum cōſurgit ex quatuor elementis, & ideo quod eſt naturæ igneæ, cadit in ſuum ſimile, & quod eſt de natura terræ, cadit in ſuū ſimile, & ſic de alijs. Ex iſto aliquis crederet et opinaretur me uelle dicere, quod elemēta formaliter eſſent in mixtis, hoc enim eſt contra intentionem philoſophi 1. de generatione, ubi uult

quòd

quòd solùm uirtualiter sint inmixtis: modò ex istis poßibile est aliquando semen habere proportionē diminutam ex parte alicuius impedimenti specialis, & si ex parte terræ fuerit, contingit diminutionem fieri in oßibus, eò quod ex terra radicaliter formantur, et sic de alijs. Contingit etiam aliquando diminutio corporis indiuidui generari cū uno pede, aliquando in brachijs, aliquando unius digiti, & sic de similibus. Si uerò ex altera parte miscibiliter est, tunc poßibile est in simili parte generati, mōstruositatē apparere, ut frequentius cōtingit in his, qui habēt octo digitos in manibus, uel in pedibus, uel duo capita, uel aliquod aliud.

Est igitur notandum quòd monstrositas non solum ex parte diminutionis materiæ accipitur uel contingit, sicut iam dictum est, sed etiam aliquando ex malitia matricis, quæ si fuerit lubrica & uitiosa, uel malitiosa, totum semen non retinebit, sed dispergit aliquando antequàm totum semen in massam colligitur, tunc ui occupatur matrix, clauditur, et sic modicum seminis recipitur, à quo debet formari fœtus, & illud habet speciales modos sub se, qui plures sunt. Sed de his narrare lon gum esset, & ideo hæc omittantur. Et quando isti

modi contingunt, tunc & diminutio effectiue à matrice procedit. Quidã uerò procedunt ex parte coitus cum fœmella, sic quòd ad monstrositatem multum operatur inordinatus coitus, ex eo quod aliquã do masculus est in coitu cum fœmella, si tũc masculus tempore coitus inordinatè iacet cum fœmella, monstrum facit in natura. Narratur enim de quodam qui lateraliter iacuit super fœmellã tempore coitus, & fœmella generauit puerum in uno latere curuum, & in pede claudum, & causa huius ex inordinatione coitus processit.

Peccatum uerò naturæ aliquando contingit ex superabundantia materiæ quæ diminutioni opponitur, & illud habet in se multos casus siue modos speciales. Quando enim superabundantia materiæ est in omni parte eius, uel secundum exigentiam naturæ & secundum eius formã, et sic multæ tortuositates & tumores apparent in membris: & huius est ratio, quia si natura abundat in parte seminis deputati ad corpus uel ad caput, tũc natura facit illud q̃ naturaliter potest, scilicet aliquã do duo capita, aliquãdo duos pedes, quorum unus multo maior est alio, secundũ cõmunẽ cursũ, et aliquãdo facit gibbosũ in pectore, aliquãdo in dorso.

Sed

Sed in omnibus istis mirabilior est iste casus & effectus, quem Albertus recitat, de uno cui nata fuerunt duo membra libidinis, unum ex parte uiri, aliud ex parte mulieris, ita quod potuit succumbere, id est, subiacere, & incumbere, id est, actiue coire. Et causa huius originaliter trahitur ex superabundantia materiæ, quia materia fuit principium sufficiens generandi utrunq; membrũ. Ex superflua autem parte seminis ex qua talia membra solent generari, recitant Auicenna & Albertus, ut patebit in textu inferius.

Et nota secundum Auicennam, si semen cadit in latere sinistro matricis, generatur fœmella, si in dextro, generatur masculus, sed in medio Hermaphrodita, participans naturam utriusq;, scilicet masculi & fœmellæ. Et à uiro tanquàm à digniori recipit speciem secundũ naturam, licet hæ naturæ fiant in ipso. Recitat enim Albertus quòd sicut quædam talia monstrosa corpora contingũt, sic etiã spiritualia. Dicit enim de duobus gemellis quorum unus habuit in dextro latere uirtutem, ut ubicunque portabatur à parte illius lateris aperiebantur omnes seræ et clausuræ. Et alius habuit uirtutem in sinistro, quòd ubicunque portabatur,

erant clausæ quæ prius fuerant apertæ. Et loquor de apertione & clausura serarum in ostijs domorum. Et causa huius non prouenit ex materia, sed ex speciali constellatione cœli, & non solum ex cõstellatione speciali, sed etiam ex speciali materiæ dispositione ad talem effectum, quia actus actiuorum sunt in materia bene prædisposita, uel in patiente disposito, ut dicitur secundo de anima.

Et nullus credat quòd quædã dicta sunt ficta, quia in simili contingit uideri in lapidibus quibusdam, in quos specialis constellatio agens imprimit speciem et formã hominis uel alterius speciei secũdum exigentiam agentis, sicut uisum est sæpè quando lapides diuidũtur, quod fit ex constellatione speciali. Et non est mirum in gemellis, cum etiam in quibusdam alijs accidat, ubi est poßibile inuenire & omnes modi speciales in monstris possunt reduci ad duos modos principales, scilicet propter inobedientiã uel insufficientiã materiæ, secundum Auicennã in secundo Metaphysicorũ, & Aristotelem tertio Methæoror: & per inobedientiam intelligo indispositionem, quãdo materia non est benè disposita, ideo non obedit agenti, & per insufficientem intelligo diminutionem uel impedimen-

pedimentum ex parte matricis.

Et si quis diceret & argueret sic. Si monstra possent fieri, sequeretur quòd natura posset priuari fine, quia semper intendit agere regulariter. Dico secundum Auicennam, quòd non semper poßibile est ex parte particularis naturæ omnem materiam ad suum finem amoueri, nec etiam est concedendum quod priuationes suarum actionum habeant fines, & ideo de ægritudine & morte nõ est instantia, quia hæc non sunt intenta à natura particulari, sed ab eo qui hanc regit, & illa appellata est intelligentia secundum manifestationem philosophorum, qui digne locuti sunt de natura. Et tantum de his dictum est.

DE SIGNIS CONCEPTIONIS. Caput VII.

SErmone nostro finito, in quantum sufficit de generatione & formatione fœtus, & penes quem modum, & pluribus alijs materiæ incidentibus. Vt tamen præsens doctrina magis cõpletè habeatur, notanda sunt signa conceptionis in muliere, quæ sunt plura. Primũ est ex parte coitus. Si enim mulier quando fuerit in coitu cum uiro, post coitum sentit frigus, et dolorẽ in cruribus, signũ est quòd

concepit. Secundum signum, si mulier paucum semen emittit uel nullum, signum est quod concepit.

Aliud signum, si uir in coitu sentiat uirgam suam attrahi & sugi quadam clausura ex parte uuluæ mulieris.

Aliud signum, si mulier post coitum appetit cõtinue coitũ, hoc est uerũ in quibusdã, quia quædam mulieres sunt, quæ magis concupiscunt quando non concipiunt, ut uisum est in una quæstione.

Aliud signum, si menstrua non currunt post coitum secundum modum solitum, & sit titillatio in ore matricis, signum est q̃ mulier concepit.

Item aliud signum, si color faciei ultra modũ solitum est mutatus. Vnde libenter solent esse rubeæ post conceptionem gratia caloris. Item si aliena cibaria concupiscunt, nunc terram, nunc carbones, nunc poma, nunc mora seu cerasa, signum est conceptionis.

DE SIGNIS AN VIR VEL FOEmina sit in utero. Caput VIII.

Videnda sunt nunc signa utrum masculus uel fœmella sit in utero. Et hæc sunt signa uera quæ sequuntur. Tempore conceptionis masculi color faciei est rubeus & leuis motus.

Aliud

Aliud signum, si uenter tumescit in dextera parte, & rotundatur, signum est masculi.

Aliud, si lac fluens de mammillis, est spissum et bene digestum, ita quod si ponatur super aliquod corpus benè tersum, non diuidatur, sed partes constabunt, & non fluent, signũ est masculi.

Aliud, si tale lac mulieris impregnatæ, uel gutta sanguinis ipsius à dextro latere extractum ponatur ad fontem clarum, uel ad urinã eius, si petit fundum directè, hoc est, perpendiculariter, signũ est masculi: Si uero supernatauerit, signum fœmellæ erit. Similiter si dextram mammillam habet grossiorem, signum est masculi. Si uerò sinistram, signum est fœmellæ.

Item sal positum supra caput mammillarum non liquescens, signum est masculi.

Signum aliud, si mulier prius mouet pedẽ dextrum signũ est masculi. Et contrario modo se habet si fœmella est concepta, tunc mulier est grauis & pallida, & uenter est oblongus, & in sinistra rotundus, & mamilla in sinistra parte nigrescit, & lac eius nigrum erit, indigestum, liuidum, & aqueum, & fusum supra corpus positum, diuiditur pars eius aperte, & positum supra fontem

alba, quandoq; glauca: Si uero fuerit aurei coloris clara & ponderosa, cōtinet animi coeundi signū, id est appetitum: & hoc est uerum in non corruptis. Corruptæ enim mulieres habent urinam turbidam per fracturam pelliculæ præcedentem, & sperma uiri apparet in fundo urinæ talis mulieris: sed in menstruosis urina est sanguinea, & in tali mense quando patitur habet oculos aqueos, & est alterius coloris in facie, et abominatiōem patitur in cibo. Et ideo sibi quisquis caueat ne coëat tunc cum eis, quia nociuum est. Vnde prudentes mulieres sciunt tunc custodire se et separantur à uiris per tempus fluxus menstruorum.

ESt autem notandum quod mulieres antiquæ in quibus menstrua fluunt, et quædam in quibus mēstrua sunt retenta, inspiciunt pueros in cunis iacentes, intoxicant oculos eorum uisu, ut ait Albertus in libro de menstruo. Causa huius in mulieribus apparet quibus menstrua fluunt, quia ipse fluxus seu humores qui mouentur per totum corpus, primò inficiunt oculos, & oculis infectis aër inficitur, & tunc aër ille inficit puerum. Et illud est de intentione philosophi in libro de Somno & uigilia. Causa autem quare antiquæ

mulie-

mulieres quibus non fluunt menstrua inficiunt pueros, est, quòd retentio menstruorum facit abundantiam malorum humorum, & quia antiquæ mulieres sunt deficientes in calore naturali, maturante & digerente talem materiam, & præcipuè pauperes, sic quòd nutriuntur à cibo & nutrimẽto grosso, quod operatur ad talem materiam infectam. Et illæ mulieres plus inficiuntur, quia menstruũ hoc cedit ad purgationem naturæ ipsarum.

DE DEFECTV MATRICIS. Caput XI.

At quia dictum est de menstruo, igitur ad mẽstrurum locum procedamus, quòd accidentia sunt circa ipsam matricem. Matrix enim mulieris sæpe patitur suffocationem. Suffocatio enim apud medicos uocatur compreßio spirituum uitalium, ex uitio matricis egressa. Et per hoc impeditur anhelitus in muliere. Et illud euenit quando matrix de proprio loco tollitur, tunc ex frigiditate cordis superueniente, tales mulieres quandoque patiuntur syncopin, id est, cordis debilitatem. Aliquando uerò aliquæ uertiginem in capite patiuntur. Galenus enim magnus in

medicis

uel urinam, natat, & sic de alijs. Item si dolor est in sinistra parte, semper est fœmella: si uerò in dextra masculus est. Item aliud experimentum quod scio esse uerum & expertum, si aliquis scire uelit utrum mulier sit impregnata uel non, det ei bibere melicratum, si tunc senserit punctiones circa umbilicum, concepit, si autem nõ senserit, minimè concepit. Mellicratum autem uocatur potio quæ fit ex aqua & melle, & fit per hũc modũ, quia accipi debent duo cochlearia de aqua, & unum de melle tali proportione, & misceantur insimul, & detur mulieri ad potandũ in introitu lecti, uel statim post. Et fortè mulieres astutæ dicerent oppositum, & ergo quando aliquis uult experiri, non debet dicere de impregnatione. Et si ipsa conqueritur dolorem capitis, uel alterius partis, ut sæpè solent facere, tunc homo debet semper dicere, illud ualet contra talem uel talem dolorem, & debet sibi illum potum dare, & tunc de mane debet dicere, nonne doluisti in aliqua parte? & si circa umbilicum dicũt esse, indicium conceptionis in isto indicatur: si uerò non, tunc non concepit. Sed quædam mulieres sunt ita astutæ, & considerantes illud sophisma, nolunt dicere ueritatem, sed semper

alio

alio modo quàm se habeant in ueritate.

DE SIGNIS CORRVPTIO nis uirginitatis. Caput IX.

POST hoc notanda sunt signa corruptionis castitatis. Iuxta quod notandum quòd aliquando uirgines grauiter corrumpuntur, ita quod earum uulua multum ampliatur, quia membrum uirile est nimis magnum & ineptum, sic quod mulier tam amplam acquirit uuluam, ita quod uir sine dolore sui membri coit, & tunc prius est corrupta, & hæc est causa quare iuuenes mulieres cùm primo corrumpuntur, dolent pro tempore in uulua, quia ampliata est, ad coitum disposita. Alia autem causa coadiuuans, quia est quædam pellicula in uulua & uesica quæ corrumpitur. Et quanto plus coëunt, tantò plus in tali ludo fortificantur.

DE SIGNIS CASTITAtis. Caput X.

SIgna castitatis sunt hæc, pudor, uerecundia, timor, cum casto incessu, & loquela, cum despectu applicant se uiris & uirorum actibus, sed quædam ita astutæ inueniuntur, quòd omnibus istis obuiare sciunt, & tunc homo conuertat se ad urinã, quia urina uirginum est clara et lucida, quandoq;

alba, quandoq; glauca: Si uero fuerit aurei coloris clara & ponderosa, cōtinet animi coeundi signū, id est appetitum: & hoc est uerum in non corruptis. Corruptæ enim mulieres habent urinam turbidam per fracturam pelliculæ præcedentem, & sperma uiri apparet in fundo urinæ talis mulieris: sed in menstruosis urina est sanguinea, & in tali mense quando patitur habet oculos aqueos, & est alterius coloris in facie, et abominatiōem patitur in cibo. Et ideo sibi quisquis caueat ne coëat tunc cum eis, quia nociuum est. Vnde prudentes mulieres sciunt tunc custodire se et separantur à uiris per tempus fluxus menstruorum.

ESt autem notandum quod mulieres antiquæ in quibus menstrua fluunt, et quædam in quibus mēstrua sunt retenta, inspiciunt pueros in cunis iacentes, intoxicant oculos eorum uisu, ut ait Albertus in libro de menstruo. Causa huius in mulieribus apparet quibus menstrua fluunt, quia ipse fluxus seu humores qui mouentur per totum corpus, primò inficiunt oculos, & oculis infectis aër inficitur, & tunc aër ille inficit puerum. Et illud est de intentione philosophi in libro de Somno & uigilia. Causa autem quare antiquæ

mulie=

mulieres quibus non fluunt menstrua inficiunt pueros, est, quòd retentio menstruorum facit abundantiam malorum humorum, & quia antiquæ mulieres sunt deficientes in calore naturali, maturante & digerente talem materiam, & præcipuè pauperes, sic quòd nutriuntur à cibo & nutrimẽto grosso, quod operatur ad talem materiam infectam. Et illæ mulieres plus inficiuntur, quia menstruũ hoc cedit ad purgationem naturæ ipsarum.

DE DEFECTV MATRICIS.
Caput XI.

At quia dictum est de menstruo, igitur ad mẽstrurum locum procedamus, quòd accidentia sunt circa ipsam matricem. Matrix enim mulieris sæpe patitur suffocationem. Suffocatio enim apud medicos uocatur compreßio spirituum uitalium, ex uitio matricis egressa. Et per hoc impeditur anhelitus in muliere. Et illud euenit quando matrix de proprio loco tollitur, tunc ex frigiditate cordis superueniente, tales mulieres quandoque patiuntur syncopin, id est, cordis debilitatem. Aliquando uerò aliquæ uertiginem in capite patiuntur. Galenus enim magnus in

medicis

medicina, narrat de quadam muliere, suffocationẽ matricis patiente, quòd illa causa patiebatur tantum quod non potuit loqui, et cecidit ac si mortua esset, quia nullum signum uitæ habuit, & uocati sunt medici plures, qui uidentes ipsam, & causam ignorantes, dixerunt eam ueraciter esse mortuam. Galenus autem superueniens, causam considerauit, & mulierẽ à paßione illa liberauit. Hæc enim ægritudo contingit in mulieribus ex eo, quòd abundat in eis menstruum corruptũ & uenenosum. Et ideo bonum est quòd tales mulieres, quæcunq; fuerint, siue iuuenes, siue antiquæ, sæpe uiris utantur ut materia talis expellatur. Et expedit iuuenibus, quia in eis abundat humidũ. Et hæc est causa, quare iuuenes mulieres, quando incipiunt coire, multũ impinguantur antequàm concipiant, & curam de pueris minimè habent, quia cura (ut dicit Philosophus in secretis secretorũ) facit senescere, quod nõ uidetur in illis. Illæ enim iuuenes mulieres, quando multum abundant in tali materia, multum appetunt coitum, propter materiæ abundantiam. Ideo peccatum est in natura illas retrahere, et coitum prohibere ad illum quem diligunt, quamuis sit peccatum in moribus, de quo nihil ad ꝓpositũ.

Audi-

Audiui in confeßione societatis ab uno inquirere causam à me, quare hoc esset, quando ipse dormiret cum sua dilecta iuuécula, quòd tunc ipse coitu finito, inueniret uentrem suum usq; ad umbilicum sanguine profusum, & timuit multum, & causam ignorauit, & non fuit ausus se retrahere à iuuencula, propter amorem magnum inter eos. Et ideo quandoq; fluxus menstrui prodest mulieri, & quãdoq; nocet, secundum quod materia magis uel minus abundat. Et ille fluxus non fuit menstruorum, sed seminis in coitu propter abundantiã materiæ.

DE IMPEDIMENTIS conceptionis. Caput XII.

DE impedimentis autem conceptionis nunc aliqua tangamus, quæ plura sunt, quia impedimentũ quandoq; cõtingit ex nimia humiditate matricis, quandoq; ex nimia frigiditate, quandoq; ex siccitate, quandoq; ꝑpter nimiã pinguedinẽ corporis, quia pinguedo circũuoluta orificio matricis ipsam constringit, & non permittit semen uiri intrare. Vnde cognitio huius est de muliere, cuius renes sunt sepulti et occulti in pinguedine ex omni parte. Illæ enim mulieres, si in coitu semen recipiunt, non potest intrare matricem, & sic eijciũt

ipsum

ipsum cũ eiectione urinæ. Et ideo breuiter, si post coitũ urina talis mulieris uideatur, manifestũ erit si semen uiri in matrice eius sit collectum, uel non. Si sic, tunc urina eius est immunda, propter cõmixtionem uiri. Si uerò tunc iterũ apparebit, et quandoq; apparebit quòd urina non totaliter eiecit illud semen, quia sunt calidæ, tunc sua caliditate exhalant. Sunt etiam quædam mulieres, quæ ita teneras & lubricas habent matrices, quòd semen intus non potest retineri. Ex multis alijs causis illud euenit, de quibus ad præsens nulla fit mentio.

EST etiam notandum, quòd sæpè conceptio ex parte uiri impeditur, ita quòd semen eius quod emittit est nimis tenue sicut aqua, ita quòd si matrici infunditur, tunc liquiditate sua elabitur, & quandoque accidit ex frigiditate testiculorum uel siccitate, & illud semen secundum doctrinam medicinæ ad generationem est inconueniens. Sed dubium est cuius sit causa, an ex defectu uiri, uel mulieris. Iuxta quòd notandum, quòd isto modo scitur an parte uiri uel mulieris accidat. Accipiantur duæ ollæ, et in utraq; urina mittatur, uiri in unam ollam, & mulieris in aliam, & ponatur in utraq; furfur tritici, & talis experimentator diligenter obe

ter obstruat ollas per nouem dies, uel parū amplius, & si contingit ex uitio uiri defectus, inueniet quosdam uermes in olla uiri, & cacabus debet supra poni, et inuenitur rana fœtida, uel cantabra fœtida. Si uerò ex uitio mulieris, inuenitur in olla sua menstruum. Si ex utriusque uitio, in utraque olla aliquid prædictorum inuenitur.

SI quis igitur uelit mulierem iuuare ut impregnetur, et masculum concipiat, accipiat matricem leporis & intestina eiusdem et faciat desiccari, et in puluerem redigat, & illud mulier bibat temperatum cum uino, & similiter faciat cum testiculo leporis, & hoc in fine menstruorum, & cum uiro suo coeat, & concipiet masculum. Item accipiat mulier succinctam, & stringat in lacte asinæ lanā caprinam, & liget super umbilicum eius donec coeat cum uiro suo & concipiet. Et hoc dico remotis intercisis causis uel impedimentis alijs, quibus per ignorantiam hominis effectus ille prohibetur. Et si quærat aliquis, quæ sunt illa impedimenta? inspiciat diligenter omnia quæ usque ad istum locum dicta sunt. Item accipiat aliquis hepar parui porci, & testiculos, & desiccet, & etiam redigat in puluerem, et det in potu masculo et mu-

& mulieri, & masculus si prius impotens fuit ad generandum, generabit, & mulier quæ non potuit concipere, tunc concipiet.

Est etiam documentum obseruandum, scilicet quando aliquis sentit mulierem concepisse, non nominet in præsentia mulieris aliquid esse de uarijs cibarijs, ad quod appetitus mulieris posset inclinari, nisi ei posit libitum prosequi, quia si mulier tale postularet, sed nullo modo posset haberi, haberet occasionem abortiendi, propter contrariam dispositionem appetitus. Fœtus enim sic cõceptus debilis redditur & extinguitur. Ideo consultum est, quando mulieres petunt carbones uel aliquid consimile, quod eis ministretur. Vidi enim de quadam muliere, quæ cum impregnata fuisset, petijt poma recentia, quæ cum habere non potuit, cecidit ad lectum, & infra diem & noctem nihil gustauit, nec panem nec potum, & fuerunt circa eam iuuenes mulieres & ancillæ, quæ prius non cõceperant, quibus illa fuerunt occultata, et quando impregnata petijt poma recentia, & ancillæ astantes dixerũt, nõ inueniuntur loquentes inter se, quod uenenosum est dare mulieri poma, quia uiderãt in febricantibus consimile, et in parte illa

deceptæ

deceptæ sunt: tunc autem illa impregnata, ex carentia pomorum multum fuit debilitata, in tantum quod fœtus antequam ad debitum tēpus peruenit, mortuus exiuit, in cuius egressu illa laborauit tribus diebus & noctibus, & ante egressum mulier emisit sanguinem per nares duobus diebus, & una nocte, ille uerò sanguis fuit menstruosus, & signū corruptionis fœtus. Iuxta illud Hipocratis, menstruis fluentibus impoßibile est fœtum esse sanum. Ideo ut omnia illa pericula euitentur apud omnes impraegnatas, bonum est quod mulier in custodia habeatur, & modice moueatur, & ut ei cibaria mollia & lenia ministrentur, & omnia iuxta appetitum prosequantur.

Sed antequam nostrum sermonem ad alia conuertamus, notandum est unum notabile signum, quod fit ad congnitionem masculi in utero matris existentis, & est illud. Accipiat aquam mundam de fonte claro & puro, & procuret sibi unam guttam sanguinis uel lactis de dextro latere mulieris, & infundat guttam illam aquæ. Si tunc gutta petit fundum, signum est masculi, si uerò supernatauerit, signum est fœmellæ. Item si dextera mammilla fuerit maior sinistra, impraegnata est masculo, si

uero ſiniſtra maior fuerit fœminam portat.

DE SPERMATIS NATVRA & digeſtione. Caput ultimum.

PRiuſquam uerò finem dictis imponamus (ut noſtrà doctrina ſubtiliter & magis completè habeatur, cum de materia menſtruorum aliqualiter dictum eſt) tranſeundum eſt ad materiam ſpermatis in uiro. Sperma uerò ut ſuprà dictũ eſt, nihil aliud eſt quàm ſuperfluũ alimenti quod in ſubſtãtiam rei alendæ nõ cedit. Iuxta quod notandũ, quod medici quatuor ponunt in homine digeſtiones. Et dicunt quod talis eſt modus nutritionis, quod primo cibus maſticatus in ore dirigitur ab ore ad ipſum ſtomachum, et ibi fit digeſtio prima, & ibi ſeparatur purum terreſtre ab impuro terreſtri, & illud impurum dirigitur ad uiſcera, & ulterius emittitur per ſeceſſum. Sed purum hoc ulterius dirigitur ad epar, & ibi fit ſecunda digeſtio. Et tũc iterum ibi ſeparatur purum aquaticum ab impuro aquatico, Impurũ aquaticum dirigitur ad ueſicã, & ulterius per micturam emittitur, ſed purum dirigitur ad cor, & fit ibi tertia digeſtio, & ſeparatur purum ab impuro. Impurum dirigitur ad uaſa ſeminalia, et ex illo fit ſperma in uiro,

& in muliere menstruum, sed purum est sanguis, et illud dirigitur à corde per magnas uenas, quæ dicuntur capillares, per quas uenas dirigitur sanguis ad singula membra, & in illis membris fit ultima digestio, et iterum separatur purum ab impuro, et impurum emittitur per sudores & per ungues, & consimilia. Hoc autem purum conuertitur & congelatur in substãtiam aliti, ita quod tales pori qui sunt euacuati per calorem naturalem, ibi è cõuerso repleantur, & si plus uenerit quàm est deperditum, tunc dicitur augmentatio, sed ad hoc requirũtur quatuor. Primo materia sufficiẽs est panis, et consimilia. Secundo porus recipiens illã quartam digestionẽ. Tertio natura distribuens. Quarto calor naturalis conuertẽs alimentũ in alitum.

Sed de his quæ dicta sunt consurgit dubitatio quædam, utrum calor agat in ipsum humidum consumendo, sicut operatio caloris in eo quod calor naturalis. Pro quo sciendum, quod secundum Aristotelem quarto metheo. cap. de operatione, ꝙ triplex est operatio quæ ex parte caloris accipitur in capite de operatiõe qualitatũ actiuorũ. Prima operatio caloris in quãtũ calor habet dissoluere et exhalare et cõgregare homogenia, et disgregare

etherogenea, Secundũ patet, quia si accipitur una massa de auro & argento, & ponatur in ignem, calor facit fluere aurum ab argento, et econuerso. Et sic locutus est philosophus secundo de generatione, ubi dicit, quod calor determinatus agit tan quam organum, scilicet securis uel bipēnis semper dissoluit coniuncta. Sed calor in eo, quod naturalis calor habet in se uirtutē formatiuam uniuscuiusq; rei uel naturæ, cuius calor dicitur esse naturalis, & sic in eo est uirtus cœli, uel uirtus motorum cœlestium, & uis seminis, complexionis, uel formæ illius naturæ quam format. Sicut contingit uidere in calore seminis plantæ & animalis, ubi est uis quæ uocatur forma plantæ. Et eodem modo credo quòd sit in naturalibus, quantum calor naturalis habet dirigere humidum, uel proportionetur sibi subiectum secundum exigentiam cuiuslibet speciei. Sic ergo educit humidum ipsum consumendo, non in quantum calor, sed in quantum calor naturalis, qui in digestionem accipitur, quia in digestione accipitur illud humidum, ut illa digestio terminetur ad speciem eius, cuius est humidum, sicut ad speciem partis plantæ, uel animalis uel hominis, & hoc nullo modo faceret in quantũ est calor, sed potius

resolueret

resolueret totum humidum, ita quod in siccum ter minaretur. Illis uisis & intellectis, breuiter ad propositum redeamus, & dicamus, quod sperma nihil aliud est quàm superfluum alimenti, quod in substantiam rei alendæ non cedit. Et sic ex his quæ dicta sunt, manifeste apparet, quæ sit definitio spermatis secundum illa quæ aliqualiter prius fueruut ignota. Cum ergo tantum digeritur in utero, præcipuè iuxta tertiam digestionem, quia tunc non totum cedit ad deperditum, sed per restaurationem mittitur, uel mutatur in cruorem sanguinis subtilis, & datur ad uasa seminalia, ubi uirtute testiculorum illud etiam dealbatur & fermentatur, ideo sperma uiri est albi coloris, propter ultimam decoctionem quam habet ex parte testiculorum. Illud idem sperma amplius emissũ à uiro nimium desiccat corpus, quia uirtutem humectandi & calefaciendi habet. Calore autem extracto, & humido, fit debilitatio uitæ, & per cõsequens mors. Et hæc est causa quare illi qui multum coeunt & frequenter, non sunt longæ uitæ, quia corpora à naturali humido exsiccantur, & desiccatio est causa mortis. Causa ergo sufficiente posita, ponitur effectus eius. Et huic consonat quod dicit Aristoteles I. de

lõgitate & breuitate uitæ, quia sperma amplius e-missum, desiccat corpus. Et subdit: Propter hoc e-nim mulus longioris uitæ est quàm asinus uel equus, ex quo genitus est ut fœmellæ masculi, si masculi coitiui sunt. Et subdit, quod propter has passiones masculi breuioris uitæ sunt fœmellis. Est enim ge-neraliter uerum, quod masculi longioris uitæ sunt fœmellis, si coitiui non fuerint. Sic ergo ex inten-tione philosophi patet, quod uita hominis cõsistit in calido & humido radicaliter, quamuis in alijs instrumentaliter & ministerialiter, & sic patet quod coitus exsiccat. Etiam patet, quod posita cau-sa conseruante effectum, ponitur & ipse effectus, Si uerò causa destrueretur, & effectus destruere-tur. Ergo à primo ad ultimum, coitus qui amplius fit, est causa breuitatis uitæ, &c.

SEQVITVR DE MATERIA spermatis per uenerabilem Aui-cennam conscriptum.

Circa materiam spermatis sunt quædam notan-da adhuc, scilicet quod sperma uiri aliquãdo est durum & benè decoctum decoctione testiculo-rum, ita quod quælibet pars inest parti, in modum

lactis coagulati, et illud sperma album est uelut lac coagulatum forti coagulatione, habet tamen naturam confirmandæ influxibilitatis, non in partibus suis, sed de genitalibus uasis testiculorum. Aliter enim non expelleretur de uasis genitalibus in uuluam mulieris. Et de isto spermate generatur robustus & fortis fœtus. Est aliud semen tenue & in suis partibus fluxibile, & illud non est benè decoctum, si illud expellitur, & in matricem recipiatur, fit ex eo fœtus tenuis & fragilis naturæ, & illud habet naturam lactis liquidi & tenuis. Contingit enim aliquando debilitatio naturæ apud fœtum, quod caput debilitatur, & hoc quando mulieres impregnatæ, alium puerum prius genitum, cum alio nutriunt. Causa uerò huius debilitationis est, quia ista materia de qua puer existens in utero debet pasci & nutriri, cecidit in alimentum pueri prius geniti, quem lactat mater, & iste casus contingit hodierna die propter experientiam mulierum, causam illius defectus nescientes: ideo mulieres impregnatæ nunquam deberent lactare pueros post conceptionem uel impregnationem alterius pueri uel fœtus, propter causas superius enumeratas.

CONCLVSIO.

HIS uiſtis finem dictis imponamus, & gratias Deo reddamus, qui noſtrum in hoc opere, & in alijs illuminet intellectum. Et de omißis peto ueniam & auxilium diuinæ gratiæ, à qua omnis ſapientia orta eſt & uita æterna. Ad quam nos Deus omnipotens & glorioſus cuncta gubernans atq; regens, perducat. Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat, & in quo eſt ſumma ſecuritas, tranquillitas, iucunditas, & ſine fine æternitas, ſanctorum exiſtat omnium, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

FINIS.

LIBER AGGREGATIONIS, SEV LIBER SECRETORVM ALBERTI Magni de uirtutibus Herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam.

LIBER PRIMVS DE VIRTVTIbus quarundam Herbarum.



ICVT uult philosophus in pluribus locis: Omnis scientia de genere bonorum est. Veruntamen enim operatis aliquādo bona, aliquando mala, pro ut scientia mutatur ad bonum & ad malum finem, ad quem operatur, ex quo concluduntur duo. Quorum unum & primum est quod scientia magicalis non est mala. Nanq; per eius cognitionem potest euitari malum, & prosequi bonum. Concluditur etiam secundum ex quo effectus laudatur propter finem, atq; uituperatur etiam finis scientiæ, aliquando non ordinatur ad bonum uel ad uirtutem. Ex hoc sequitur quod scientia uel operatio aliquando bona uel mala. Quia igitur

magicalis, seu cognitio bona est, ut præsuppositum est, & mala aliquantulum existit in speculatione rationum, & in speculatione naturalium secundũ quod antiquis auctoribus examinaui & percepi: imo & egomet Albertus, ut in pluribus ueritatem inueni, & ueritatem suppono, quo ab aliquo ex Chyrandis libro, & libro Alchorat. Primo narrabo de quibusdam herbis. Post de quibusdam lapidibus. Tertio de quibusdam animalibus & de uirtutibus eorundem.

NOMINA QVARVN-
dam Herbarum.

Elitropia.	Lilium.
Vrtica.	Viscullus quercinus
Virga pastoris.	Centaurea.
Chelidonia.	Saluia.
Prouincia.	Nepta. Verbena.
Lingua canis.	Melysophylos.
Iusquiamus.	Rosa. Serpentina.

Prima herba apud Chaldæos uocatur Ireos: apud Græcos Mutuchiol: apud Latinos Elitropia. Cuius interpretatio dicitur ab Elios, quod est sol: & tropos conuersio, qa cõuersa est ad solem. Huius autem uirtus mirabilis est quia si ista colligatur

sole

sole existente in Leone in Augusto, & inuoluatur in lauri folio, & simul addatur dens lupi & feratur: nullus contra ferentem poterit habere uocem loquendi, nisi uerba pacifica. Et si enim aliquis furetur & in nocte sub capite suo ponat, uidebit furem & omnes eius conditiones, Et iterum: si prædicta ponatur in aliquo templo ubi sint mulieres, quarum connubium parte sui frangatur, nunquam poterunt exire de templo nisi deponatur. Et hoc ultimum probatum est, & uerißimum.

Secunda herba uocatur à Chaldæis Roybra, à Græcis Olieribus, à Latinis uel Gallicis Vrtice nũcupatur. Hanc herbam tenens in manu cum mille× folio securus est ab omni metu & ab omni fantasmate. Et si id ponatur cum succo semper uiuæ, & unguatur manus, & residuum ponatur in aqua, et aquam intret ubi sunt pisces, ad manus eius congregabũtur, & etiam ad piscellum. Et si extrahatur statim resiliunt ad loca propria ubi erant prius.

Tertia herba à Chaldæis Lorumborat dicitur à Græcis Allomot, à Latinis uirga pastoris, Herbã hanc accipe, & cum succo mandragoræ distempera, & da cani uel alteri animali, & impregnabitur in suo genere, & habebit fœtum in suo genere.

De

De quo fœtu si accipiatur dens maxillaris & intinguatur in cibo uel potu, omnes qui inde potabunt, mox incipient bellum, & cum uolueris delere, da ei succum amantilæ, id est ualeriæ & fiet statim pax inter eos.

Quarta herba à Chaldæis Aquilaris dicitur, quia nascitur tēpore quo aquilæ faciūt nidos suos, à græcis dicitur Valis, à Latinis Chelidonia. Ista herba tempore quo hirundines faciunt nidos nascitur, quo etiam aquilæ. Hanc herbam si quis cū corde talpæ habuerit, deuincit omnes hostes, omnes causas, & omnes lites remouebit. Et si prædicta ponātur super caput infirmi, si debet mori, statim cantabit alta uoce. Si nòn lachrymabit.

Quinta herba à Chaldæis Iterisi dicitur, à Græcis Vorax, à Latinis Prouentalis uel prouinsa: illa enim puluerisata cum uermibus terræ circū uolutis, & cum semperuiua, amorem inducit inter uirum & uxorem, si utatur illo in cibarijs. Et si cōpositio istorum cum aliquātulo sulphuris ponatur in stagno ubi sunt pisces, omnes morientur. Et si ad os bubali ponatur, statim crepabit per medium, & hoc experimentum est à modernis. Si iterum dicta confectio ponatur in igne, statim cōuertetur in liuidum colorem.

Sexta herba à Chaldæis uocatur Bieith, à græcis Retus, à latinis Nepta. Hanc herbam accipe & misce cum lapide inuento in nido upupæ auis, & frices uentrē alicuius animalis, & impregnabitur, & habebit fœtum in suo genere nigerrimum. Et si eis ponatur ad nares, statim à terra cadent uelut mortua, post modicum uerò spatium curabuntur: & si prædictum compositum in uase apum ponatur, nunquam fugient, sed ibi congregabuntur apes. Et si apes submergentur, & quasi moriantur, & in confectione prædicta ponantur post modicum temporis, ut per spatiū unius horæ, recuperabunt uitam. Nam & illud proportionatur qualitati deperditæ: & signum ad hoc est quòd si muscæ submersæ in cineribus tepidis ponantur, post modicum spatium uitam recuperabunt.

Septima herba à Chaldæis Algeil, à Græcis Orum, à Latinis lingua canis nuncupatur. Herbā hanc cū corde raniculæ, & eius matrice, pone ubi uis, & post modicum temporis congregabuntur omnes canes uillæ. Et si prædictam sub pollice pedis habueris, omnes canes obmutescent, nec poterunt latrare: & si prædictam in collo alicuius canis posueris, ita quod nō possit ore attingere, semp

uerte-

uertetur in circuitu ad modum uolubilis rotæ, donec cadet in terram uelut mortuus, et hoc est expertum nostro tempore.

Octaua herba à Chaldæis Mansesa, à Græcis Ventosin, à Latinis uel Gallicis Iusquiamus dicitur. Hanc herbam accipe & misce cum Realgalis & Hermodatalis, & pone in cibo canis rabidi, & statim peribit: et si succum eius cum supradictis posueris in Cypho argenteo minutißimè frangetur: & si supradictum cum sanguine leporis iuuenis cõmiscueris, & in pelle leporis conserues, omnes lepores congregabuntur ibidem donec remotum fuerit.

Nona herba à Chaldæis Augo, à Græcis Amala, à Latinis Lilium. Si hanc herbã sole existente in Leonis signo colabis et cũ lauri succo cõmiscueris, deinde sub fimo tempore aliquo succum illum posueris, fient uermes, De quibus si fiat puluis, & ponatur circa collum alicuius, uel in uestimentis suis, nunquàm dormiet, uel dormire poterit, quousq; depositum fuerit. Et si prædictum sub fimo posueris, et de uermibus inde nascentibus aliquem unxeris, statim inducetur ad febrẽ. Et si prædictũ ponatur in uase aliquo, ubi sit lac uaccæ, et cooperiatur de

tur de pelle alicuius uaccæ unius coloris, oẽs uaccæ amittẽt lac suum, et hoc maximè expertum est tempore nostro à quibusdam sortilatoribus.

Decima herba à Chaldæis dicitur Luperax, à Græcis Esifena à Latinis Viscus querci, et crescit in arboribus transferato arbore. Hæc herba cum quadam alia herba quæ dicitur Martegon, id est, syluium, ut scribitur lingua Teuthonica, omnes seras aperit: et si prædictum compositum in ore alicuius ponatur, et cogitetur de aliquo, si debet accidere, corde infigitur, si autem non, corde resilit. Sed si prædictũ ad arborẽ suspẽdatur cũ ala hirũdinis, ibi cõgregabuntur aues bene per quinq; miliaria, et hoc ultimũ tempore meo est expertũ.

Vndecima herba à Chaldæis Isiphilon dicitur, à Græcis Orlegonia, Latinis Centaurea uocatur. Hanc autem herbam dicunt Magi habere mirabilẽ uirtutem. Si enim adiungatur cum sanguine upupæ fœmellæ, et ponatur cũ oleo in lucerna, omnes circundantes credent se esse Magos, ita quòd unus altero credet suũ caput sit in terra, et pedes in cœlo, et si prædictũ ponatur in igne stellis lucentibus, uidebitur quod stellæ currant ad inuicem et debellent: et si iterum prædictum cataplasma

pona

ponatur ad nares alicuius, præ timore quem habebit, fugiet uehementer, & hoc expertum est.

Duodecima herba à Chaldæis Colorio uel Coloricon, à Græcis Clamor, à Latinis Saluia communiter est nuncupata. Hæc autem herba putrefacta sub fimo in uase uitreo, procreat quendam uermem uel auem habentem caudam in modum merulæ, de cuius sanguine si tangatur aliquis in pectore, amittet sensum per quindenam et plus. Et si prædictus serpens comburatur, et ponatur cinis in igne, statim fiet ysiris tonitrui horribilis. Et si prædictus puluis ponatur in lampade et accendatur: uidebitur quòd tota domus serpentibus repleatur. Et hoc est expertum à modernis.

Terciadecima herba à Chaldæis olphanas, à Græcis Heliorion, à Latinis Verbena dicitur. Hæc autem herba ut referunt Magi collecta sole existente in signo Arietis, et coniecta cum grano Peoniæ unius anni, caducos à malo morbo curat. Et si ponatur in terra pingui, post octo septimanas generabuntur uermes, qui si aliquem tetigerint, statim morietur: Et si prædictum ponatur in columbario, omnes columbæ congregabuntur ibi. Et si puluis illorũ in sole ponatur, uidebitur qđ sol sit liuidus.

Si autem

Si autem puluis ponatur in loco ubi homines habi tant, uel iacent inter duos amantes, statim fit lis uel malitia inter eos.

Quartadecima herba à Chaldæis Celeyos dicitur, à Græcis Castni, à Latinis Melisophilos, de qua Macer facit mentiõem. Hæc autem herba collecta uiridis, & coniecta cum succo cypreßi unius anni posita in pulmento, facit pulmentum uideri plenũ uermibus, & deferentem facit esse benignũ & gratiosum, & aduersarios deuincere. Et si prædicta herba ligetur collo bouis, sequetur te quocunque ieris: & si prædicto succo corrigiam miscueris, & de tertia parte sudoris hominis ruffi, & de sub ascellis statim cingens crepabit per medium.

Quintadecima herba à Chaldæis Eglerisa, Græcis Ysaphinus, à Latinis rosa dicitur, & est herba cuius flos est notißimus. Accipe granũ eius, & granum sinapis, & pedem mustelæ, hæc suspende in arbore, & de cætero non fructificabit. Et si prædictum ponatur circa rete, cõgregabuntur ibi pisces. Et si magaris mortuũ fuerit, & in cõmixtione prædicta ponatur per dimidium diem, licet tamen non acquiritur, recuperabit uitam, Et si puluis prædictus ponatur in lãpade, postea accẽdatur,

oēs uidebuntur nigri ad modum ſathanæ: et puluis prædictus admiſceatur cum oleo oliuæ et cum ſulphure uiuo, et de hoc unguatur domus ſole lucente, ipſa tota uidebitur inflammata.

Hatersnalt?

Sextadecima herba à Chaldæis Cartulin, à Græcis quinq; folium, à Latinis Serpentina uocatur. Hæc herba apud nos ſatis eſt nota. Hæc autem herba cum folio trifolij inhumata generat ſerpentes rubeos & uirides de quibus ſi fiat puluis, & ponatur in lampade ardente, uidebitur ibi copia ſerpentum ſi ſub capite alicuius ponatur, de cætero non ſomniabitur ſibi.

Modus autem operandi omniū prædictorum eſt, ut effectus bonus ſit in planeta bono, & malus in malo, id eſt, in horis & diebus eorum.

Virtutes herbarum. 7 ſecundum Alexandrum imperatorem et has quidem uirtutes habuerunt ipſæ ab influētia planetarum. Contingit autem unamquamq; percipere uirtutem ſuam à ſuperioribus naturalibus.

Holwurtz? ſaturni.

Prima autem herba Saturni quæ aſphodilus dicitur. Succus eius ualet ad dolorem renum & tibiarum. Et datur patientibus dolorem ueſicæ radix eius cocta parum. Et dæmoniaci uel melancholici

ipſam

ipsam deferũt in lintheo mũdo, & liberantur, nec dæmonem in domo patitur esse, etsi ibidẽ fuerint. Producentes dentes pueri si eam ferãt, sine dolore eos producẽt, & est bonũ ut homo deferat secũ de nocte radicẽ, quia nõ timebit, neq; lædetur ab alijs.

Herba secunda Solis dicitur poligonia uel Corrigiola, Hæc enim herba nomen suscepit à Sole, nam est multũ generans. Sic enim & hæc herba est multos faciens modos. Hanc quidem herbã alij appellauerunt Alchone quæ est domus solis. Hæc enim herba sanat paßiones cordis & stomachi.

Qui attingit hãc herbã habet uirtutem á signo suo uel planeta Si quis autem succũ bibit, facit eũ multũ coire. Et si quis deferat radicem eius, curat paßiones oculorum. Et si antequàm aliquam habuerit paßionem portauerit secum, non superueniet ei paßio oculorum. Iuuat etiam phreneticos, si eam secum deferunt in locis .i. pectore. Iuuat etiã periplomoticos & facit eis bonum anhelitum, & facit etiam ad fluxum sanguinis melancholici.

Herba tertia Lunæ Chynostates dicitur. Succus eius purgat exacerbationes stomachi, thoracis et castorẽ: quia ostẽdit se esse herbã Lunæ. Flos autẽ huius herbæ purgat splenes magnos et curat ipsos,

quia ista crescit & decrescit sicut Luna. Valet ad ophthalmiam, & facit acutum uisum, & ualet cõtra sanguinem oculorum. Si radicẽ eius tritam ponis super oculum, mirabiliter uisũ clarificas, quia lumen oculorum propinquatum est cum substantia lunæ. Etiam confert malum stomachum habentibus, qui non possunt cibum digerere, bibendo succum eius, amplius ualet habentibus scrophulas.

Herba quarta arnoglossa dicitur. Radix huius herbæ ualet contra dolorem capitis mirifice, quoniam opinatur esse domus Martis aries, quæ est caput totius mundi. Valet etiam contra malas consuetudines testiculorum, & ulcera putrida & sordida, quia domus est Scorpio: quia pars eius retinet sperma. i. semen quod uenit contra testiculos. Valet etiam succus eius dysentericis & homopotoicis, & ad uitia hemorroidarum & stomachis dum quis eum biberit.

Herba quinta Mercurij dicitur Pentaphilon, à quibusdam Petadactylus, ab alijs sæpe declinãt, à quibusdam Calipendalo. Radix huius herbæ sanat plagas & duriciem, trita & emplastrata. Amplius scrophulas diluit uelociter, si succus eius bibatur cum aqua. Sanat etiam farigos & passiones

pectoris

pectoris seu dolores si succus eius bibatur, Soluit etiam dentium dolores, & si succus eius ore teneatur, omnes oris curat paßiones. Et si quis secum deferat, opus dat & auxilium. Amplius si quis uult à rege uel à principe petere aliquid, copiam dat eloquentiæ si secum eam habeat, & obtinebit quod uoluerit, uidelicet etiam in lithiasi & disuria succus eius habitus.

Herba sexta Iouis dicitur Acharon, à quibusdam Iusquiamus. Radix eius posita super bubones eos dispergit, & obseruat locum à flegmone. Si quis eam portauerit antequàm ei paßio superueniat, nunquam bubonem habebit. Confert etiam radix eius podagræ, dum ponitur trita super locum patientis, & hæc quidem operatur uirtute signorum habentium pedes uel habentium aspectum super pedes: & succus eius si bibatur cum melle cum mellicrato, cōfert doloribus epatis, & omnibus eius paßionibus. quoniam Iupiter tenet epar. Similiter confert uolentibus multum coire. Et est utilis ut eā deferant secum uolentes diligi à mulieribus. Facit enim deferentes lætos & delectabiles.

Septima herba Veneris dicitur Pisteriona, quibusdam Hieoroboram dicitur. i. herba columbaria

& uerbena. Radix huius herbæ posita super collũ sanat scrophulas & parocidas & bubones colli & staphilion .i. urinæ distillationem & ysmon, si ponatur emplastrũ, & est cõparatũ paßionibus istius loci. Sanat etiã scißuras & condilomata. i. durices quæ nascũtur in ano & emorroidas. Si succus eius cum melle in aqua cocta bibatur, subtiliat ea quæ sunt in pulmone. Et facit bonum anhelitũ, nam detinet pulmonem. Valet etiã multũ in affronidisia. i. coitu, quia succus eius auget multũ sperma, cum quis uult coire addit ad desiderium eius, & maior uirtus ipsius herbæ est, quia si quis eã portauerit, est multum potens in coitu. Verũtamen non teneat aliquid aliud nisi istã herbam tantũ. Si quis ponat eã in domo uel uinea uel in terris, abũdantur habebit redditus. Amplius radix ipsius ualet oĩbus illis qui uolunt plantare uineas uel arbores, et infantes portantes ipsam erũt bene disciplinati, & amantes doctrinã, et erũt læti et gaudiosi. Confert etiã posita in purgationibus, et repellit dæmões omnes.

Prædictas tamen herbas à 23. die Lunæ usq; ad 30. incipiendo collectionem ipsã leuare à Mercurio per totam horam dierum euellendo fac mentionem paßionis ut rei. s. nomina, paßionem uel rem

propter

propter quam ipſam colligis, & ipſam accipe herbam: loca tamen ipſam ſuper frumentum uel ordeum & ea utere ad opus tuum poſtea.

Explicit liber primus.

SECVNDVS LIBER ALBERti Magni, & eſt de uirtutibus lapidum quorundam.

CVm iam dictum ſit de uirtutibus herbarũ quarundam et de modo agendi, nunc in præſenti capitulo dicendum eſt de Lapidibus quibuſdam et eorum effectibus, & qualiter poſſunt accipi magna mirabilia opera.

Magnes	Corallus	Lipercol.
Obtarmius	Criſtallus	Vrices.
Onix	Chryſolitus	Lazuli.
Feripendamus	Elotropia	Smaragdus
Silonites	Epiſtrites	Iris.
Topazion	Calcedonius	Balcſta.
Medo	Chelidonius	Galeriates.
Mephytes	Gagates	Draconites.
Abaſton	Bena	Echlites.
Adamas	Iſthmios	Terpiſtretes.
Agates	Cabices	Iacinthus.
Alectorius	Criſolitus	Orires.
Eſmundus	Beratiden	Saphyrus.

Amatistus Nicomai. Saunus
Berillus Quiriti.
Celonites Rodianus.

SI uis ſcire utrum mulier tua ſit caſta, accipe lapidem qui Magnes uocatur. Eſt autem ferruginei coloris, & inuenitur in mari Indico, & aliquando in partibus theutoniæ, in illa prouincia quæ Fräcia Orientalis uocatur. Suppone ergo lapidem hüc capiti mulieris, & ſi caſta eſt, ipſa maritum amplexabitur, ſi autem non, ſtatim cadet à lecto. Ad hoc autem ſi lapis iſte ponatur ſuper carbones in quatuor angulis domus. Dico tritus & ſuper carbones ſparſus, dormientes fugient ædes & relinquent totum, & tunc poßunt fures reſpicere totum quod uolunt. Si uis fieri inuiſibilis, accipe lapidem qui dicitur Ophthalmius, & inuolue in folio lauri. Et dicitur lapis Ophthalmius cuius color non nominatur, nam multorum colorum: & eſt hic talis uirtutis quod uiſum circumſtantium excæcat uel obtenebrat. Conſtantius autem pugno clauſo reddebatur per eum inuiſibilis.

Si uis incitare triſtitias, timores, & fantaſias terribiles atq; lites, accipe lapidem qui uocatur Onyx, qui eſt nigri coloris, & inuenitur melius

genus

genus eius repletũ albis uenis, & uenit de India in Arabiam: & si collo uel digito suspendatur excitat statim tristicias in homine & terrores: & etiã in somno excitat fantasias terribiles, & etiam lites, & hoc apud modernos est expertum.

Si uis comburere manus alicuius sine igne adhuc & fugare areticam. Accipe lapidem qui uocatur Feripendanus, qui est flaui coloris, qui si suspẽdatur collo alicuius, curat areticam: & iterum si iste lapis fortius stringatur, statim adurit manum, & ideo leuiter & suauiter uult palpari.

Si uis accendere animum alicuius ad gaudia, & eius ingenium acuere. Accipe lapidem qui Sylonites uocatur, et nascitur in gremio testudinis Indicæ: et esse uarium dicitur. albo rubeo purpureoq; colore. Alij dicunt hunc esse uiridem, et in Persiæ partibus inueniri. Et dicunt etiam hunc crescentem luna crescente, et è conuerso. Et addunt philosophi antiqui, quod si gestetur, confert præsentiam quorundam futurorum. Si sub lingua ponatur. præcipuè prima luna una hora tantum habet uirtutem. Ideo autem una existente decima habet hanc uirtutem, in prima hora uel decima. Motus autem ordinis, quòd cũ est sub lingua si cogittur

de aliquo negotio utrum debeat fieri an nõ. Si fieri debet cordi tenaciter infigitur ita quòd auelli non potest si autem non, cor ab ipso resilijt. Fecerũt etiam philosophi ꝙ curat ptisicos & debiles.

Si uis ut aqua bulies statim exeat manu immissa: Accipe lapidem qui Topasion uocatur, à Topasi insula, uel quia auri similitudinem protendit, & sunt duæ species. Vna est omnino similis auro, & preciosior est. Alia species est crocea magis tensibilis coloris quã sit aurũ, & hæc est utilior. Expertũ autem est in nostro tempore, quæ si in aqua buliente mittatur, defluere facit, q̃d statim manu im missa extrahitur, & hoc fecit unus de fratribus nostris Parisius. Valet etiam contra emothoicam & stimaticam uel lunaticam paßionem.

Si uis excoriare cutem manuum tuarum uel alterius: accipe lapidem qui uocatur Medor à Medorum regione, & sunt duæ species, niger & uiridis. Dicitur ab antiquis philosophis & modernis, quòd si lapis q niger est frangatur, & in aqua calida resolutus fuerit, et aliquis manus suas lauerit, statim excoriabuntur: et si quis ex ea biberit perit uomẽdo statim, omni cura remota et auxilio. Dicũt etiã philosophi q̃d' ualet contra podagrã, & oculorum

lorũ cæcitatẽ, & q oculos læsos & debiles fouet.

Si uis ut aliquis nõ sentiat dolorem, nec crucietur, Accipe lapidem qui dicitur Mephytes à ciuitate quæ dicitur Mephis: & est hic lapis talis uirtutis, ut dicit Aarõ & Hermes, quòd si teratur et aqua misceatur, et detur potari illi qui deberet uri uel aliquos cruciatus pati, tantum inducit ille potus insensibilitatem, quod non sentiat patiens pœnam neque cruciatum.

Si uis ignem perpetuum inextinguibilem facere, accipe lapidem qui Abaston dicitur, & est coloris ferri, et quamplurimũ in Arabia reperitur, Si enim lapis ille accendatur nunquã poterit extingui, eo quòd habet naturam lanuginis, quæ pluma salamandris uocatur, cũ modico humidi unctuosi pinguis, inseparabilis est ab ipso, et id fouet ignem accensum in eo.

Si uis deuincere hostes: Accipe lapidem qui nũcupatur Adamas, et est coloris fulgentis, durissimus, ita quod non potest frangi nisi sanguine hirci, et nascitur in Arabia uel Cypro. Et si sinistro latere alligetur, ualet cõtra hostes et insaniam, et indomitas bestias, et uenenosas, et feros homines, et cõtra iurgia et rixas, et cõtra uenena et incursus

fantasmatum

fantasmatū, & quidem uocant eum Dyamantem.

Si uis cuncta pericula euitare, & uincere cunctaterrena, & habere uires cordis. Accipe lapidem qui Agates dicitur. Et est niger, habens uenas albas, et ali eiusdem speciei similis colori albo. Et tertium nascitur in certa insula habens uenas nigras. Et id facit uincere pericula, & confert uires cordibus, & facit hominem potentem, placentem, iucundum, acceptabilem, & iuuat contra omnia aduersa.

Si uis impetrare aliquid ab aliquo. Accipe lapidem qui Allectorius dicitur, & est lapis gallinacei uel galli, & est albus ut Cristallus & extrahitur de uentriculo galli uel gallinacei, postquam fuerit castratus ultra annum quartum. Et ut quidam dicunt post annum extrahitur de gallo decrepito. Et ad quātitatem fabæ extat, frōtem gratum reddit & constantem: & sub lingua acceptum, sitim extinguit & hoc ultimum tempore nostro expertum est, & subtiliter percepi.

Si uis deuincere bestias, & omnia somnia interpretari, & de futuris prophetizare. Accipe lapidem qui Esmundus dicitur uel Asmadus, uarij coloris est, omne uenenum extinguit, et facit uincere

aduer-

aduersarios, et Prophetizationem dat, interpretationem omnium somniorum et ænigmata intelligere facit.

Si uis habere bonum intellectum sensibilis, et non posse fieri ebrius. Accipe lapidem qui Amethistus dicitur, et est purpurei coloris, et melior nascitur in India, et ualet contra ebrietatem, et bonum in scibilibus confert intellectum.

Si uis deuincere hostes, & fugere lites. Accipe lapidē qui uocatur Berillus, est pallidi coloris, lucis transparentis, ut lymphæ. Fer tecum & uinces omnes lites, & hostes fugabis, reddetq; inimicum mitem. In moribus efficacem reddit potestatē, sicut dicit Aaron, etiam dat bonum intellectum in scibilibus.

Si uis diuinari de futuris. Accipe lapidem qui uocatur Celonytes, et est purpurei uarijq; coloris. & inuenitur in corpore testudinis. Si quis autem hunc lapidem sub lingua gestauerit, diuinabit & prædicet futura. Verūtamen non habet uirtutem nisi lucens prima cum fuerit accensa, et crescens monoytes in ultima descendente. Sic uult Aarō de uirtutibus lapidum et herbarum.

Si uis pacificare tēpestates et flumina pertrāsire.

Accipe

Accipe lapidem qui uocatur Corallus, et est rubicus, aliusq; albus. Et expertum est quòd statim restringit sanguinem, et portantis pellit stultitiam, et perhibet sapientiam, et hoc à quibusdam tempore nostro expertum est, et ualet contra tempestates et pericula fluuiorum.

Si uis accendere ignem. Accipe crystallũ, et pone sub iuxta circulum solis .i. contra solem, et appone iuxta aliquid combustile, et statim lucēte sole calido eliciet ignem, et si cũ melle ponatur lac dabit.

Si uis acquirere sapientiam, et fugere stultitiam. Accipe lapidem qui uocatur Chrysolitus, et est lucidæ uiriditatis, positus in auro pellit stultitiam et sapientiam confert.

Si uis ut sol appareat sanguineus. Accipe lapidem qui elitropia dicitur, est uiridis similis quasi Smaragdo, et est resspersus sanguineis guttis. Hãc Elitropiam appellant nigromantici proprio nomine gemma Babilonicum, quòd si unguatur succo herbæ eiusdem nominis, et in uas plenum aqua mittatur, facit uideri solè sanguineũ sicut si uideretur eclipsis. Cuius causa est quòd totam aquam ebullire facit in nebulam, quæ inspißando aërem impedit solem, inde nisi quia rubeũ in spisso colore,

post

post modicū recedit illa nebula rorādo quasi ꝑ gut
tas pluuiæ. Oportet aūt ad hoc ut hoc fiat qd' sit q̄
dā carmē sacrū cū qbusdā characteribus, et sicut
accepi principes sic diuinādo quædam prædicant,
ꝓpter q; templorū pōtifices isto lapide maximè u-
tebantur in festis idolorū. Etiam gestatū hoc reddit
hōiem bonæ famæ, et incolumē, et longæ uitæ. Dici
tur aūt à philosophis antiquis quòd unctus herbæ
sui nominis, ut prædiximus pollet uirtute, et inue-
niuntur plures in Aethiopia, Cypro et India,

Si uis refrigerare aquam bullientē quæ stat su-
per ignē. Accipe lapidē qui Epistretes dicitur, qui
in aqua oppositus oculo solis, radios solis igneos e-
mittit: et dicitur ab antiquis Philosophis et à mo-
dernis, quòd si ponatur in aqua buliēte, statim ces-
sabit ebulitio: et post modicum refrigescet, et est
lapis rutilans et rubicundus.

Si uis fugere illusiōes omnesq; fantastas, et om-
nes causas uincere. Accipe lapidem qui calcedoni
us dicitur, et est pallidus, fuscus et aliquantulū ob-
scurus. Si hic perforatur, et cū uirtute lapidis qui
Sinerip dicitur collo suspendatur, ualet cōtra om-
nes fantasticas illusiones. Et facit uincere, oēs cau
sas cōtra aduersarios utriusq; corporis cōseruat,

et hoc

& hoc ultimum expertum est moderno tempore.

Si uis esse gratus & placens. Accipe lapidem qui Chelidonius dicitur. Et est niger et rufus, et de uentre hirundinum extrahitur. Rufus inuolutus panno lineo uel corio uituli sub sinistra ascella portatus ualet contra insaniam et antiquos morbos et languores, contra litargiricam paßionem et contra epidimiam. Euax refert quod iste lapis hominem facit facundum et gratum, et placentem eũ reddit. Niger aut ualet contra feras, et iras, et ad finem incepti perducit negocij. Et si inuoluitur in folijs chelidoniæ dicitur obfuscare uisum, et debẽt extrahi mense Augusti, et frequenter duo in una hirundine inueniuntur lapides.

Si uis esse uictoriosus contra aduersarios. Accipe lapidem qui dicitur Gagates, et est diuersi coloris, et dicunt antiqui philosophi fore expertum in Alcide principe, qui quãdiu eũ portauerit semper habuit uictoriam, et est lapis diuersi coloris sicut pellis capreolæ.

Si uis præscire futurum aliquod. Accipe lapidem qui uocatur Bena, qui est sicut dens à bestia, et pone sub lingua tua, et sicut Aaron et antiqui philosophi dicunt, quàm diu sic tenueris semper

diuinando

diuinando prædices futura, nec aliquo modo errabis diuinando.

Si uis ut fiat uestis incombustibilis. Accipe lapidem qui Histmos appellatur, qui ut dicit Isidorus similis est croco, & in partibus Hispaniæ inuenitur, & iste lapis stabilis est ꝑpter uentositatem in ipso rarefactam iuxta Gades Herculis, & si de eo fiat uestis, nullo modo potest uri, sed de igne nitet. Et huius speciei dicũt quidã Carbunculũ albũ.

Si uis gratiam habere & honorem. Accipe lapidem qui Tabrices uocatur, et est similis cristallo. De hoc referunt antiqui Philosophi, ut Euax et Aaron, quòd eloquentiam, gratiam præstat & honorem, & cum hoc dicitur quòd curat omnem hydropisin.

Si uis fugare fantasmata & stultitiam: Accipe lapidem qui uocatur chrysolitus, & est idem in uirtute cum aretico, ut dicit Aaron & Euax in libro de naturis herbarum & lapidum. In auro positus et gestatus fugat stulticiã, & fantasmata expellit. Sapientiã cõferre perhibetur, ualet cõtra timorẽ.

Si uis iudicare opiniones & cogitationes aliorum. Accipe lapidem qui uocatur Geratides, et est nigri coloris, & teneatur in ore. Facit etiam ge-

ſtantem hilarem & gratioſum apud omnes.

Si uis habere uictoriam et amicitiam. Accipe lapidem qui uocatur Nichomat, & eſt idem quod alabaſtrum, et eſt de genere marmorum, & eſt albus nitens. Et de hoc fiunt unguenta ad ſepulchra mortuorum.

Si uis ut homo dormiendo tibi dicat quæ facit. Accipe lapidem qui uocatur quirim, inuenitur lapis iſte in nido upupæ, & eſt lapis proditorum.

Si uolueris aliquid ab aliquo impetrare. Accipe tecum lapidem qui uocatur radianus, et eſt niger translucens, qui, cum caput galloru͂ datur comedere formicis, inuenitur poſt tempora multa in capite galli, & eſt idem quod lapis tonatides.

Si uis facere quod canes neq; uenatores poſſunt nocere alicui animali quod uenatur. Pone coram ipſis lapidem qui uocatur luperius, et ſtatim id ad lapidē curret. Hic enim lapis inuenitur in Lybia, & omnes beſtiæ currunt ad iſtum lapidem tanquā ad ſuum defenſorem. Prohibet enim ne canes uel uenatores noceant eis.

Si uis comburere manus alicuius ſine igne, accipe lapidem qui uocatur unices, quem prius diximus principem apij, quod eſt ignis, & eſt ut ignis.

Hunc

Hunc lapidem si quis stringit fortiter, statim aduarit manum uelut comburat igne materiali, quod est mirabile.

Si uis curare melancholiam uel quartanam in aliquo. Accipe lapidem qui dicitur lapis lazuli, similatur enim colori cœlesti, & sunt intus corpuscula aurea, & est certum & expertum, quòd curat melancholiam & quartanam.

Si uis acuere alicuius ingenium, uel opes augere suas, & etiam futura prædicere. Accipe lapidē qui smaragdus dicitur, & est mundißimus translucens, et planus uel flauus est melior, et aufertur de nidis grifonum, & confortat et conseruat. Et gestatus facit hominem bene intelligere, & memoriā bonam confert. Auget opes deferentis. Et si quis sub lingua sua eū tenuerit, statim prophetizabit.

Si uis facere irim apparere. Accipe lapidem qui uocatur iris, & est albus ad modum cristalli, quadratus seu cornua habens, si iste lapis ponatur in radio solis, statim reflectendo facit apparere irim in pariete uel muro, & inueniuntur plures in Sicilia, & in Aethyopia.

Si uis lapidem unum qui nunquam calefiat, accipe lapidem qui dicitur Gallasia: & est habens

grandinis figuram & colorem & duriciem habet adamantis. Si lapis iste in igne ponitur fortißimo, nunquàm calefiet, & est causa, quia habet poros ita constrictos, quia calor ingredi non potest corpus lapidis. Dicit eciã Aaron & Euax quòd lapis gestatus mitigat iram, luxuriam & cæteras calidas paßiones.

Si uis scire utrum uxor iaceat cum aliquo alio à marito. Accipe galerites lapidem sic appellatũ, qui est idem cum catabre, & inuenitur in Lybia et Britannia, & est duplicis coloris. s. nigri & crocei, & inuenitur glaucus tendens ad palliditatem. Curat hydropisim, et fluentes uentres confirmat. Et dicit Auicenna, quòd si iste lapis teratur & lauetur siue lauandus detur alicui mulieri, si uirgo non sit, statim urinabit, si uirgo est non.

Si uis hostes ac inimicos deuincere, Accipe lapidem qui dicitur Draconites, è capite draconis. Et si de uiuo lapis extrahatur, ualet contra omnia uenena. Et ferens eum in sinistro brachio omnes hostes deuincet.

Si uis amorem generare inter aliquos duos, Accipe lapidem qui Echites dicitur, & à quibusdam dicitur aquileus, quia aquilæ in nidis suis collocãt,

purpurei

purpurei coloris est, & inuẽitur iuxta littora oceani, & aliquando in Persia, & inse semper continet alium lapidem qui in ipso sonat quando mouetur. Fertur ab antiquis philosophis quod hic lapis sinistro brachio suspensus conciliat amorem inter uirum & uxorem, confert prægnantibus, abortum impedit, periculum perterritionis mitigat, et caducis dicitur ualere. Et sicut dicunt Chaldæi si in cibo sit uenenum, & lapis prædictus ponatur in eo, prohibet ne poßit deglutiri cibus ille, & si subtrahatur statim deglutitur. Et hoc ultimum à quodam fratrum nostrorũ sensibiliter examinari uidi.

Si uis reddere hominem tutũ. Accipe lapidem qui terpistrites nũcupatur, in mari generatur, rutilans est & rubicundus. Et dicitur in libro Alchorat, quod si ante cor gestatur, hominem reddit tutum, & omnes compescit sediciones. Dicitur etiã compescere locustas, uolucres, nebulas, grandines ac tempestatem à fructibus terræ. Et est expertum à modernis Philosophis & à quibusdam fratrum nostrorum. qnod oppositus radio solis, radios igneos emittit. Item quod si lapis iste in aquam bulientem ponatur, statim cessabit bulitio, & post modicum refrigescet.

Si uis ut peregrini pergant tuti. Accipe lapidē qui hiacintus uocatur, multorum est colorum. Viridis aūt est melior, & habet uenas rubeas, & uult in argēto collocari, & in lecturis quibusdā dicitur q eius sunt duo genera, aquaticus et Saphyrimus. Aquaticus flauus est albescēs. Saphyrimus aūt flauus perlucēs ualde, nihil habēs aquositatis, & hic est melior, & de hoc scribitur in lecturis philoso. q digito uel collo gestatus reddit peregrinos tutos et gratos hospitibus. Et somnū prouocat ꝓpter suam frigiditatem, et hoc ꝓprie habet saphyrimus.

Si uis seruari à diuersis casibus et pestiferis morsibus. Accipe lapidem qui Orithes uocatur, cuius tres sunt species, una nigra, alia uiridis, tertia cuius altera pars est aspera, altera plana, & color eius quasi ferri lamina est, sed uiridis habet maculas albas. Hic lapis gestatus præseruat à diuersis casibus & periculis mortis.

Si uis conciliare pacem. Accipe lapidem qui uocatur Saphyrus, q uenit ab oriente, in Indiam, & flauus est melior, non est tam lucidus, pacē creat & concordiam, purum & deuotū ad deum animum efficit, animum confirmat in bonis, et hominē refrigescere facit interiore ardore.

Si uis

Si uis curare uirginem. Accipe lapidem qui Saunus uocatur à Sauna insula, mētem deferentis consolidat, alligatus manui parturientis, impedit partum, et ipsum cōtinet in uentre. Idcirco prohibetur in re tali, ne lapis iste mulierem tangat.

In libro numeralium in Aaron & Euax multa similia & alia inuenies. Modus autem agēdi in his in hoc consistit ut pro effectu bono deferens sit mundus ab omni corporis pollutione.

Explicit liber secundus.

LIBER TERTIVS ALBERTI MAGNI, de uirtutibus Animalium quorundam.

CVM superius dictum sit de quibusdam effectibus causatis uirtute lapidum quorundā, et de eorum mirabili efficacia siue operatione. Nunc dicendum est in isto capitulo de quibusdam effectibus causatis quibusdam animalibus.

Aquila	Experiolus	Pellicanus
Casso	Leo	Coruus
Bubo	Foca	Miluus
Hircus	Anguilla	Turtur
Camelus	Mustela	Talpa
Lepus	Vappa	Merula.

Aquila auis satis nota est, à Chaldæis Vorax dicitur, & à Græcis Rimbicus. Refert Aaron &

Euax quod mirabilem habet naturam siue uirtutem, quia si eius cerebrum puluerisetur, & cũ succo cicutæ misceatur, ex hoc comedentes, statim se capiant per capillos, nec se dimittent donec acceptũ portauerit. Huius autem effectus ratio est, quia cerebrũ illud calidissimum est ita quod generat uirtutem fantasticam obturando meatus per fumum.

Dachs. Gasso est animal satis notum, à Chaldæis uocatur rapa, à Græcis uerò Orgalo dicitur. De hoc dicit Aaron, quod si pedes eius ab aliquo ferantur, nunquam uexabitur, sed semper progredi appetet Item gestans pedes eius, semper uincet, & ab inimicis suis timebitur: & dicit quod dexter eius oculus in corio lupi inuolutus, reddet hominem placentem, & gratiosum, & benignum, et si ex prædictis rebus fit cibus uel puluis, in cibo alicui datus, multum diligetur ab eo. Hoc autem ultimum tempore nostro expertum est: & si prædicta confectio ponatur in fimo fiunt uermes uenenosi, de quibus si aliqs comederit, statim dormiet, & non poterit excitari, donec suffumigetur aristologia, & mastice.

Steinkäutzlein. Bubo auis est satis nota, & à Chaldæis Magis dicitur, & quæ à Græcis Hyssopus. Huius auis mirabiles sunt uirtutes. Si enim cor eius cũ dextro

pede

pede eius super dormientem ponatur, statim tibi dicetquicquid fecerit, & quicquid ab eo interrogaueris, & hoc à nostris fratribus expertum est moderno tempore: et si hoc iterum sibi ponat quis sub ascella, nullus canis ei latrabit, sed obmutescet, & si coniunctio prædictorum cum ala sua suspendatur ad arborem, aues cõgregabuntur ad arborem.

Hircus est bestia satis nota, à Chaldæis Erbichi, à Græcis Masai appellatur. Si sanguis eius accipiatur tepidus cũ aceto & fœnationis succo, & similis cũ uitro bulliat, reddit uitrum molle ad modum paste, poteritq; proiici contra murum uel parietem, nec frangetur, & si prædictum compositum in uase ponatur, & de hoc unguatur facies, res mirabiles & horribiles apparebunt, & uidebitur ei quod debeat mori, et si prædictum in ignem ponatur, et ibi sit aliquis caducus apposito lapide Magnete, statim cadet ad terram sicut mortuus, & si ei detur aqua anguillarum ad potandum, statim curabitur.

Camelus est animal satis notum, à chaldæis enim Cyboi, à Græcis Iphim uocatur. Si eius sanguis super caput ponatur in pelle stellionis, stellis lucentibus, uidebitur quod ille sit Gigas, & quod eius

caput sit in cœlo. Et hoc dicitur in libro Alchorat ab Hermete. Et similiter si ex hoc aliquis comederit, statim exibit de sensu. Et si lucerna eius sanguine uncta accendatur, uidebitur quòd omnes homines circumstātes habent capùt cameli, dum tamen non sit lumen extrinsecum alterius candelæ.

Lepus est animal satis notū, à Chaldæis Veterellum, à Græcis uerò Onolosam nuncupatur. Huius uirtus mirabilis refertur. Dicit enim Euax & Aaron, ꝙ pedes eius iuncti cum lapide alias capite merulæ, mouent hominem ad audaciam, ita quod non timet mortem. Et si sinistro brachio alligatur, perget quo uoluerit, & tutus redibit absq; periculo. Et si cani detur comedendum cum corde Mustelæ, de cætero non uociferabit, etiamsi interficeretur.

Eperiolus est animal satis notum. Vnguis eius si comburatur et consolidetur, et detur in cibo alicui equo, non comedet per triduum, et si prædictum ponatur cum aliquantulo terebentinæ, erit lucidum & secundo fiet quasi nubes et sanguis. si proijciatur in aquam aliquantulum, fiet tonitruum horribile.

Leo est animal satis notum, à Chaldeis Aalamus uocatur

uocatur, à Græcis Beruth. Si ex eius pelle fiāt corrigiæ, præcinctus ex illis, non timebit hostes, & si de eius carnibus quis comederit, & de eius aqua biberit, per tres dies curabitur à febre quartana, & si de eius oculis sub ascella ponatur uel portetur, omnes bestiæ inclinato capite uersus ima terga fugam dabunt.

Foca est piscis satis notus, à Chaldæis Daulaubur, à Græcis labor dicitur, hic piscis est diuersæ naturæ. Si enim lingua eius accipiatur, & cum aliquando de corde eius in aqua ponatur, pro certo congregabuntur ibi pisces, et si sub assella portaueris, nullus iudicio contra te uictoriam habere poterit, iudicem benignum & suauem habebis.

Anguilla est piscis satis nota. Huius autē (prout uult Euax et Aaron) mirabiles sunt uirtutes. Si enim moriatur defectu aquæ corpore integro remanente, & accipiatur acetum forte, & misceatur sanguini uulturis, & ponatur sub fimo in aliquo loco, omnes quotquot fuerint, recuperabunt uitam sicut prius habuerunt. Et si uermis eius anguillæ extrahatur, & in prædicta confectione ponatur per mensem unum, uermis mutabitur in anguillam nigerrimam, de qua si quis comederit, morietur.

Muſtela eſt animal ſatis notum, Si cor huius animalis comedatur adhuc eo palpitante, facit ſcire futura, & ſi de corde cum oculis, et lingua canis aliquis comedat, ſtatim amittet uocem. Vpupa eſt auis ſatis nota, à Chaldæis Bori dicta, à Græcis Iſon. Oculi eius geſtati faciunt hominem groſſum, & ſi oculi eius ferantur coram pectore, omnes eius inimici pacificabũtur, & ſi caput eius in burſa tua habueris, non poteris decipi ab aliquo mercatore, hoc autem expertum eſt à fratribus noſtris hodie.

Pellicanus eſt auis ſatis nota, à Chaldæis Voltri dicitur, à Græcis Iphylati. Huius uirtus mirabilis eſt. Si eius pulli interficiantur, dum tamen eorũ cor nõ frangatur, et de eius ſanguine accipiatur, et tepidus in ore pullorum ponatur, ſtatim ſumit uitam ſicut prius. Si ſuſpendatur ad collũ alicuius auis, ſemp̃ uolabit donec cadat mortua, et dexter eius pes ſub calido, poſt tres menſes ex humore et calore quem auis habet generabitur uiua et mouebit ſe, et hoc teſtatur Hermes in libro Alchorath, et Plinius.

Coruus eſt auis ſatis nota, et eſt eius uirtus mirabilis, ut recitat Euax et Aaron. Si enim eius oua coquãtur, et iterũ in nido ponantur, ſtatim coruus

procedit

procedit ad mare rubrum in quādam insulā, ubi est Aldoricus uel Alodrius sepultus, et affert lapidem quo tangit oua sua, et statim fiūt cruda sicut prius erant. Mirabile est oua cocta suscitare. Si autem lapis iste supponatur in annulo supponēdo sibi folium lauri, et tangatur uinctus catenis, uel ianua clausa, statim soluetur uictus, et aperietur ianua. Et si lapis iste ponatur in ore, dat intellectum omnium auium. Vnus autem lapis est Indicus quia in India reperitur, secundum sapientes quosdam, et aliquando in mari rubro, uarij coloris est, et facit omnes iras obliuisci, sicut suprà diximus. Miluus est auis satis nota, à Chaldæis Bysicus, à Græcis Melos dicitur, si caput eius accipiatur, et feratur ante pectus, dat amorem et gratiam omnium hominum et mulierum, si suspendatur ad collum gallinæ, nunquam cessabit decurrere donec deponat illud, et si ex eius sanguine inungatur crista galli, de cætero non cantabit, in genibus eius inuenitur quidam lapis, si inspiciatur subtiliter, qui si ponatur in cibo duorū inimicorum, fient amici, et erit optima pax inter eos.

Turtur est auis satis nota, et à Chaldæis dicitur Mulona, Græcis pilax. Si cor huius auis feratur in

tur in corio lupi, nũquàm de cætero habebit ferẽs appetitum luxuriandi, & si cor eius cõburatur, et supra oua alicuius auis põatur, nunquã de cætero ex eis poterit generari fœtus. Et si pedes eius suspendantur ad arborem, de cætero non fructificabit, et si eius sanguine cum aqua talpæ decoctæ unguatur locus pilosus et equus, cadent nigri capilli.

Talpa est animal satis notum, huius animalis uirtus mirabilis est, ut refertur à philosophis. Si pes eius inuoluatur in folio lauri, & ponatur in ore equi, ipse fugiet præ timore, & si in nido alicuius auis ponatur, nunquàm ex ouis illis exibit fœtus, et si talpas fugare uolueris, pone eam in aula, & sulphur uiuum accensum, et ibi conueniunt omnes aliæ talpæ, & aqua decoctionis ipsius dealbat equum nigrum.

Merula est auis satis nota, & est eius uirtus mirabilis, quia si pennæ alæ dextræ eius suspendantur in medio domus cum filo rubeo, quòd nunquàm fuerit in usu, nullus poterit dormire in illa domo donec deponatur. Et si cor eius ponatur sub capite dormientis, & ab eo quæratur, omnia dicet quæ fecerit alta uoce: et iterum si in aqua putei ponatur cum sanguine upupæ, & cũ misceatur, postea

ungantur

ungantur inde tempora alicuius, statim infirmatur usq; ad mortem. Modus agendi omnium prædictorum, ut effectus bonus sit et utilis, est quòd fiat sub plaēta beneuolo, ut Ioue et Vēere. Et in malo effectu sub planeta maleuolo, ut Saturno & Marte. Et hoc est scilicet diebus eorum, & horis suis. Si quis autem hæc rectè fecerit, proculdubiò ueritatem, et utilitatem, et maximā efficaciam inuenit in prædictis, sicut sæpius unà cum nostris fratribus temporibus nostris sum expertus & uidi.

Consideret igitur hic qui prædictorum copiam inuenerit, poßidere uel dominium, efficaciam & uirtutem, utrum se habeant in effectu bono seu sui contrario, quòd bona sub beneuolo planeta experiantur, & mala sub maleuolo, & inueniet quod dictum est. Nam si in suis contrarijs fierent ut bonus effectus in signo maleuolo, uel econtrà, impediretur uirtus & effectus eius propter suum contrarium, & sic bona et uera uilipenderent. Videmus enim quàm plurimos falli in certis ac ueris, qui si signorum uel temporum qualitates agnoscerent et custodirent in supradictis uoluntatem consequerentur & effectum.

Expliciunt secreta aliqua Alberti Magni de Colonia

Coloniæ, ſuper naturis, uirtutibus, et efficacia Herbarum, Lapidum, et Animalium quorundam.

Si quis cor canis ſiniſtra parte portauerit, omnes canes obmuteſcent.

Si quis oculum dextrum lupi ligauerit in manica dextra, homines neq; canes ei nocere poſſunt.

Et ut omnia quæ ſuperius dicta ſunt, et etiam dicentur inferius, qui aſtrorum peritiam nõ habent ad effectum ſui deſiderij facilius poßint accommodare. Primo notabis quod hora ſumitur dupliciter, uidelicet æqualis et inæqualis. Hora æqualis eſt hora horologij, quæ ſemper æqualis exiſtit. Inæqualis autem conſideratur ſecundum quod dies maiorantur uel minorantur, nam ſemper aſtrologi conſiderant tempus quo ſol ſtat ſuper horizonta ſuũ, et illud uocant diem uel arcum diurnum, et uice uerſa noctem. Id autem tempus quod diem appellãt, in partes diuidunt duodecim æquales, quæ ſũt horæ eiuſcemodi diei, et quicquid de die dicitur, de nocte oppoſito modo intelligas. Et ut clarius percipias, ponamus quod ſol emergat horizontam hora octaua horologij, habemus uſq; ad occaſum. 7. horas horologij, quas multiplicemus per .60. prout .60. ſunt minuta cuiuſque horæ horologij, et

logij, & habebimus noningenta sexaginta minuta, quæ diuidamus per. 12. prout. 12. sunt horæ diei, applicando cuilibet horæ suam portionem, & habebimus. 80. minuta hora qualibet: ergo hora talis diei habebit. 80. minuta, quæ capient horã unã & unum tertium horæ horologij. Et toto illo tempore considerabitur dominium planetæ illius horæ, quemadmodum infrascripta tabula demonstrabit. Quælibet autem hora suæ noctis non habebit nisi. 40. minuta. Quod sic de reliquis suo modo intelligas, secũdum uidelicet solis ortum super terrã, quia non ea hora quæ media est inter noctem & diem dies dicitur, sed dies propriè intelligitur cum sol uideri potest. Cum ergo uoles cuiusq; planetæ dominiũ considerare, nã unaquaq; hora quilibet planeta suũ habet dominiũ, horas ipsas supra scripto modo cõsiderabis, & sic poteris ad finẽ propositi puenire. Cõsideratur etiã diei initium à prima hora præcedẽtis diei post meridiẽ, sic diuidatur dies dominus in duas partes æquales, & sic duodecim horas, diuide in duas, erit ergo 18. dimidiũ diei, & prima hora sequens erit initiũ diei Lunæ.

De astris & planetis rerum scias qnòd dies dominicus habet astrum suum sub Sole.

Dies Lunæ habet astrum suum sub Luna.
Dies Martis habet astrum suum sub Marte.
Dies Mercurij habet astrum suum sub Mercurio
Dies Iouis habet astrum suum sub Ioue.
Dies Veneris habet astrum suum sub Venere.
Dies Sabathi habet astrum suum sub Saturno.

NOTA quod omnis actus fieri debet sub su planeta. Et melius est, si in proprio die illius planetæ, et in ipsius hora ꝓpria fiat, et uerbi gratia

Sub Saturno, uita, ædificium, doctrina, mutatio

Sub Ioue, honor, optatum, diuitiæ, indumentum

Sub Marte, bellū, carcer, matrimoniū, inimicu

Sub Sole, spes, lucrum, fortuna, hæres.

Sub Venere, amicus, uel societas, uia, amica, peregrinus.

Sub Mercurio, amißio, debitum, timor.

sub Luna, palatiū, somniū, mercatum, furtum

DE HORIS DIERVM et noctium.

ET primo de horis diei dominicæ hora eius Sol, 2. Venus, 3. Mercurius, 4. Luna. 5. Saturnus, 6. Iupiter, 7. Mars. 8. Sol, 9. Venus, 10 Mercurius, 11. Luna, 12. Saturnus.

Noctis uerò prima eius hora Iupiter, 2 Mars

Sol, 4. Venus, 5. Mercurius, 6. Luna, 7. Saturnus 8. Iupiter, 9. Mars, 10. Sol, 11. Venus 12. Merc.

Diei Lunæ 1. eius hora Luna, 2. Saturnus, 3. Iupiter, 4. Mars, 5. Sol, 6. Venus. 7. Merc. 8. Luna. 9. Satu. 10. Iupit. 11. Mars, 12. Sol.

Noctis uerò 1. eius hora Venus, 2. Mercurius, 3. Luna 4. Saturnus 5. Iupiter, 6. Mars, 7. Sol, 8. Venus, 9. Mercurius, 10. Luna, 11. Saturnus, 12. Iupiter.

Diei Martis 1. eius hora Mars, 2. Sol, 3. Venus, 4. Mercurius, 5. Luna, 6. Saturn. 7. Iupiter, 8. Mars, 9. Sol, 10. Venus, 11. Mercur, 12. Luna.

Noctis uerò diei Martis prima eius hora Saturnus, 2. Iupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Venus, 6. Mercurius, 7. Luna, 8. Saturnus, 9. Iupiter. 10. Mars, 11. Sol, 12. Venus.

Diei Mercurij prima eius hora Mercurius, 2. Luna, 3. Saturnus, 4. Iupiter, 5. Mars, 6. Sol. 7. Venus, 8. Mercurius, 9. Luna, 10. Saturnus, 11. Iupiter, 12. Mars.

Noctis uerò Mercurij 1. eius hora Sol, 2. Venus 3. Mercurius. 4. Luna, 5. Saturnus, 6. Iupiter, 7. Mars, 8. Sol, 9. Venus, 10. Mercurius, 11. Luna, 12. Saturnus.

DIes Iouis 1. eius hora Iupiter, 2. Mars, 3. Sol, 4. Venus, 5. Mercurius, 6. Luna, 7. Saturnus, 8. Iupiter, 9. Mars, 10. Sol, 11. Venus 12. Mercurius.

Noctis uerò Iouis prima eius hora Luna, 2. Saturnus, 3. Iupiter, 4. Mars, 5. Sol, 6. Venus. 7. Merc. 8. Luna. 9. Satu. 10. Iupit. 11. Mars, 12. Sol.

DIes ueneris 1. eius hora Venus, 2. Mercurius, 3. Luna 4. Saturnus 5. Iupiter, 6. Mars, 7. Sol. 8.

Noctis uerò Veneris prima eius hora Mars, secunda Sol, tertia Venus, quarta Mercurius, quinta Luna, 6. Saturnus, 7. Iupiter. 8. Mars, 9. Sol, 10. Venus, 11. Mercurius, 12. Luna.

DIes sabbati 1. eius hora Saturnus, 2. Iupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Venus, 6. Mercurius, 7. Luna, 8. Saturn. 9. Iupiter, 10. Mars, 11. Sol 12. Venus.

Noctis uerò sabbati prima eius hora Mercur. 2. Luna, 3. Saturnus, 4. Iupiter, 5. Mars, 6. Sol, 7. Venus, 8. Mercurius, 9. Luna. 10. Saturnus, 11. Iupiter, 12. Mars. Et nota quòd Iupiter & Venus boni sunt. Saturnus & Mars mali. Sol uerò & Luna mediocres. Mercurius autem cum bonis bonus, & malis malus.

FINIS.

EIVSDEM AL-
BERTI MAGNI DE MIRABI
libus Mundi fœliciter incipit.

POST Quàm sciuimus quòd opus sapientis est facere cessare mirabilia rerum quæ apparent in conspectu hominum, quàmuis uaria, quàmuis diuersa & plurimū admiranda, nō cessanimus inquirere scripta auctorū, donec sufficienter appareret magna pars operū mirabiliū. Tandem autē occurrit nobis res ultimæ mirabilitatis et extraneitatis, apparentis tamē insensibilis omniū hominum ferè et uulgariū, & est ligatio hominum et uirtutū ipsorū per incantationes, per characteres, per ueneficia, & sermones, et multa ualde uilia, quæ penitus non uidentur poßibilia, nec habentia causam sufficientē, et cū diu sollicitauerint animum super hoc, inuenimus sermonem probabilem Auicennæ sexto naturalium: Quod dum hominum animis inesset quædam uirtus immutandi res, & quod res aliæ essent obedientes ei quando ipsa fer-

tur in magnum amoris excessum aut odium, aut ali cuius talium. Cum igitur anima alicuius fertur in grandem accessum alicuius paßionis, inuenitur experimento manifesto quòd ipsa ligat res, & alterat ad idem quod desiderat, et diu nõ credidi illud. Sed postquam legi libros nigromantiæ, & libros imaginum, et magicos, inueni quòd affectio animæ hominis est radix maxima omnium harum rerum, seu propter grandem affectionẽ alteret suum corpus, & alia quæ intendit; siue propter dignitatem eius obedient ei res aliæ uiliores, seu cum tali affectione exterminata concurrat hora conueniens, aut ordo cœlestis, aut alia uirtus quæ quàmuis facit illud, reputauimus tamen animam facere, iam publicum & uerificatum est quòd ligationes hominum, incantationes & promotiones ad iram, odium, amicitiam, detrimentum, & gaudium, sunt consequentes ad grandes affectiones, & tu uides uulgus quod secundum naturam suam fertur super res, quod timet hæc omnia, & appetit benedictiones, maximè electarum et dignarum personarum, & abhorret maledictiones et blasphemias uetularum tanquã in eis sit uirtus, aut saltem aliqua mali uirtus annexa.

Qui ergo uult ſcire huius rei ſecretum ut opeꝛ retur illud & diſſoluat, ſciat q̧ ligare poteſt omnis omnia quæ ueniunt in grandem exceſſum et ultima tum illius, intantū ut ſuperet eos quos ligat, et de= bet facere hoc in illa hora in qua inuadit eam ille exceſſus, & cum illis rebus quas ſibi dictat tūc ani= ma. Ipſa enim anima cum ſic eſt auida rei quā uult operari, arripit ex ſe ſuper horam maiorem et me liorem quæ eſt ſuper res magis conuenientes. Ad illud ligari aūt poſſunt quicunq; minus ſunt inui= cem, ligans eos in odio, tunc enim anima ligantis non poteſt ſubuincere animum illorum, cùm fortius trahant in cōtrarium quàm ipſa. Soluunt ergo om nia hæc illi qui ſunt fortiores in contrario, quàm fuerit ligans eos, & hoc in illa hora in qua inuadit ipſum appetitus extraneus, ut cum illis rebus quas tunc dictat animus, quia ſemper maior exceſſus animorum ligat & prohibet alium minorem, aut ſoluit. Scimus ergo ex hoc quod quidam ligari non poſſunt cùm ſint magis feruidi inuicem quam ali= quis contra eos. Quidam autem ſolui non poſ= ſunt cùm ſit eis ligantis maximus exceſſus. Qui= dam autem ligantur & ſoluuntur, quia in= ueniuntur quidam maximi exceſſus in ligando,

quidam uero maximi in dissoluendo. Et uniuersaliter ille ligat qui auidius ardet, & ille soluit qui fortius capitur siue intenditur in illud. Faciunt ergo hoc cum his quæ sibi dictat animus, & tunc illa hora et ad illos, et tu nota illud ad omnia maleficia dissoluenda siue facienda. Nullus autem est aptus in hoc nisi quem instigat ad hoc faciendum inclinatio naturalis aut aliquid uigens in eo. Vnde sunt magis apti ad hoc quam alij. Et cùm certificatum fuit nobis hoc, scimus, & hoc sententia characterum quinq;, & sermonum efficatiam ad omnem rem quam uult homo, & sunt secundum duos modos. Vno scilicet iam dicto scilicet secundum affectionem animi operantis ipsius horæ in qua fiunt, & ipsius uirtutis cœlestis quæ tunc est. De necessitate habent efficaciam ad similitudinem animi, et mouent ad illud quod animus desiderat. Sunt ergo characteres quinq; sermones, et oĩa iuuantia opus animæ. Ipsa sunt quæ animus in illa hora qua fortius illa appetit, dictat fieri. Quicquid autem igitur dictat animus fortißime amantis in illa hora de loquelis, de characteribus quinq;, est habens efficaciam ad illud.

Similiter quicquid instigat animus ferociter

audientis

audientis in illa hora siue cum consilio & delibe-ratione, est habens efficaciam destructionis & di-scordiæ, & acquirit illud ab anima facientis, seu ab hora, seu à signo cœlesti illius horæ, quia peni-tus omnis hora in qua tractatur alicui malum, est illi mala et nociua, & q. in ea fit cōtra ipsum offen dit eum, & econtra in bonis. Et tu nota istud pro grandi secreto oīum quæ uoles agere, et pro te, et pro alijs. Omnia enim sup quæ arripit animus in-ebriatus de instituto rei, sunt acquirenda ad illud, secundū desideria animæ operātis, et secundū hoc est artificium characterū quinq; sermonū uirtuoso rū mirabiliū, et iste modus in quo inuenta est effica tia ipsorū oīum. Mens enim affectat grādi deside rio, sicut arripitur super multiplices sermones, colores, et gestus: sic et super characteres & figu-ras diuisas. Vnde nec ad idem inueniuntur similes omnes characteres secundū diuersam affectionem facientium eas. Et ideo parum aut nihil nisi aucto-ri earum, aut & qui iam incepit inebriari in illo, ac si esset auctor illorum, prosunt, aut saltem nisi scribatur super eis intentio operatoris ipsorū. Se-cundus uero modus characterū quinq;, est intendēs secundū uiam naturalem & probabilem. Et habet

quandam similitudinem cum eo, & quod quærit operans, ut si uelit amorem, facit figuras amplectẽs se inuicem immixtas inuicem aspicientes se humiliantes se inuicem applicatas. Sicut anima desiderat res applicari et uniri per amorem. Et si desiderat odium per eas facit ipsas auertentes se inuicem dispares dissolutas in contrarium trahentes, quia semper ipsæ correspondent intentioni operantis eas, cuius sunt effigies & uestigia animæ, & sic anima quæ est magis desiderans rẽ ipsam, facit eas magis efficaces, & magis habentes similitudinem eius quod quærit. Nam scientia est factio characteris. Sunt enim quinq; malè dearticulatæ, quinq; uerò sunt characteres bene complexæ & dearticulatæ, unde uirtuosiores sunt & magis scientiales atq; rationales sunt quinq; characteres. Similiter est operatio in omnibus quæ desiderat anima forti desiderio. Omnia enim quæ tunc agit illud intẽdens mouẽt, et efficaciam habent ad id quod anima desiderat et secundũ hoc uerificãtur experimẽta multa auctorũ, quæ cum audiũtur reputãtur incredibilia omninò, cum tamen scientia sit certißima quod nulli philosophorum, quorum intentio erat indifferenter propria laus & bona fama, fuit uo-

luntas

luntas scribendi, etiam tantæ familitatis quantæ esset illud quod inuenitur in libris suis, si ueritatē non haberet quod dicunt, potius uituperationem uiderentur intendere quàm bonam famam. Et manifeste uidemus quod nullus etiam ignorans scribit libenter rem manifestæ familitatis: et cum ipsi essent philosophi, et grandis inuestigationis, & nulla necessitas cogeret eos, quomodo scripta possunt esse ita manifeste famula ut multis uidetur, in quorum animam non potest cadere, in his talibus aliquid uirtutis non potest existere, quia non potentes uidere causam, negant sensibilem effectum cum essent materia ad fiendum, scilicet quia uidentes effectum essent inquirendi causa, & hoc est quod meditaui in diuersis tractatibus 5. characterum et sermonum. Particulares autem characteres 5. sermones ad unum quodque fiendum & destruendum ex libris diuersis aggrebabo inferius. Tu uerò ex his habes uiam ad totam hanc excogitationem.

Postquàm Philosophis certificatum est quòd uniuersæ species rerum mouent & inclinant ad seipsas, quoniam postquàm in eis uirtus actiua rationabilis est quam agant & mouent, tam ad seipsas quam ad diuersas, & ignis mouet ad

ignem

ignem, & aqua ad aquam. Etiam dixit Auicenna, quòd dum aliquid stat in sale diu fit sal, & si quid stat in loco fœtido fit fœtidum, & si quis stat cum aliquo audace fit audax, & si cum timido timidũ, et si quod animal stat cum hominibus fit humanum & domesticum, et generaliter uerificatum est eis ratione et experimento, quòd omnis natura mouet ad suam speciem, et sic eorum specificatio nata in qualitatibus primis, & similiter in secundis, et fuit idem in tertijs, & in omnibus dispositionibus nihil quod non moueat ad seipsum secundum totum posse suum. Et hoc fuit radix et principium secundum operum secretorum, & tu non auertas oculos tuæ mentis.

Postquàm fuit insitum mentibus philosophorũ istud, & ipsi inuenerunt dispositiones entium naturalium, quia certè sciuerunt quòd quibusdam entibus est insita grandis frigiditas, quibusdam cũ hoc grandis audacia, quibusdam grandis iracũdia, quibusdam grandis timor, quibusdam innata sterilitas, quibusdam innatus ardor amoris, quibusdam innata aliqua alia uirtus. Aut secundum totam speciẽ, sicut leoni est audacia innata et uictoria. Aut secũdum indiuiduũ, sicut meretrici inest audacia,

non per

non per speciem humanam, sed per indiuiduum. Venerunt ex hoc super grandia mirabilia, & super secreta operabilia. Et qui non intellexerunt mirabilitatem illam, & unde posset in illud, neglexerunt & obiecerunt omnia in quibus fuit labor & ingenium Philosophorum, quorum fuit intentio propria laus in posteris, ut falso dicata grandia redderent in scriptura.

Non est secretum neq; occultum gentibus, quoniam omne simile adiuuet & confirmet suum simile, diligat & moueat & amplectatur illud. Et medici iam dixerunt & uerificauerunt illud pro parte sua & dixerunt quòd epar iuuat ad epar, & quodlibet membrum suum simile. Et Alchimistæ sciuerunt illud ueritate manifesta quomodo natura similis subingreditur & gaudet suo simili, et congaudet illi et condolet, et omnis scientia iam uerificauit illud in suis similibus, & tu nota illud diligenter, quoniam super hoc uidebitur grandis mirabilitas operum.

Iam est uerificatum & positum in mētibus oīum, & omnis species naturalis, et quòd omnis natura particularis uel generalis habet amicitiam et inimicitiam naturalem ad aliquam aliam. Et omnis

species

species habet aliquid timendum, horribile et inimicum & destructiuum. Similiter aliquid exultans, lætificans et concordans, & per naturam, ut ouis lupum, et ipsa cognoscit non solum uiuum, sed mortuum, non solum per uisum, sed per gustum, et lepus canem, & catta murem, et omnia quadrupedia timent leonem, & omnia uolatilia timent aquilã, et omnia animalia timent hominem, & est insitum naturæ unicuiq; istud, et quædam habent istud secundum totam speciem, & secundũ omne tempus, & quædam habent istud secundũ indiuiduũ solum, & secundum certum tempus, & omnium est certificatio quòd quæ odiunt se secundum uitam, quod partes eorum imò pili et omnia odiunt se inuicem postquam moriuntur. Vnde pellis ouis consumitur à pelle lupi, et tympanum de pelle lupi facit obmutescere illud de pelle ouis, & sic est in oĩbus alijs. Et tu nota istud propter magnitudinem rerum secretarum quæ ex eodem proueniunt.

ET est apertum omnibus quòd homo est finis omnium naturalium, et quòd omnia naturalia sunt per ipsum, et ipse uincit oĩa, et naturalia habent insitam naturalem obedientiam ad ipsum hominẽ, et quod homo est plenus omni mirabilitate, eò quia

in ipso

in ipso sunt omnes conditiones, scilicet distemperā tia in caliditate et frigiditate, temperata in omni eo quod uis, & in eo sunt omnes uirtutes rerum, et ad humanam naturā fauent & obediunt dæmones, et ipso humano corpore operantur omnes secretæ artes, & omne mirabile exijt ex ipso: sed non habet homo omnia secundum idem tempus, sed in diuersis temporibus et in diuersis indiuiduis, et ideo inuenitur efficacia omnium rerum hypocritarum uerborum uegetabilium. Sed quæ sunt partis ad partem non declarantur ratione, sed experientia. Quantum autem ratio poterit uidere & comprehendere notabis, & quantum per tuam experientiam experiri poteris adiunge, & intellige hoc quod contra hominem est.

Non potest aliquis dicere quòd omnis res non sit plena mirabilitate, & nescit quæ maioris, quādo diligenter certificat, sed unusquisq; uilipendit rem de qua nihil scit, & res nihil meruit in illo, nam unaquæque res habet de calido & frigido, quod est sibi proprium, & ignis non sunt mirabiliora quam aquæ, sed sunt diuersa, & alterius modi, & piperis non sunt mirabiliora quàm iusquiami, et alia. Et q credit quòd mirabilitas rerū exit

à calido & frigido, non potest dicere quin in omni re sit grāde mirabile, cum unaquæq; res habeat de calido & frigido quod sibi conuenit. Et qui credit quòd mirabilitas rerum sit in stellis & aspectibus à quibus contrahūt res proprietates mirabiles & occultas, scire potest quòd omnis res habet propriam figuram cœlestem sibi cōuenientē ex qua etiam prouenit ei mirabilitas in operādo. Nam omne qđ incipit sub determinato ascendente & influentia cœlesti incipit & contrahit nunquàm propriam efficaciam patiendi & operandi rem mirabilem, et qui credit quòd mirabilitas rerum exeat per amicitiam, inimicitiam, ut emptio non potest etiam denegare. Et uniuersaliter secundum omnem modum philosophādi res unaquæq; est plena mirabilibus. Et postquàm sciuerunt hoc Philosophi, inceperūt experiri & edicere, quid in rebus est.

PLato uerò dicit in libro Tegimenti, quòd qui non fuerit opifex Dialecticæ ex qua fit pronus & eleuatus intellectus, agilis & expeditus, & qui nō est eruditus in scientia naturali, in qua declarantur mirabilia calida & frigida, & in qua aperiuntur proprietates cuiuslibet entis in se, et qui nō fuerit doctus in sciētia Astrologiæ, et in aspectibus et figu-

& figuris stellarum ex quibus est unicuiq; eorum quæ sunt sublima, uirtus & proprietas, & qui nõ fuerit doctus in scientia nigromantiæ, qua manifestantur substantiæ immateriales, quæ dispensant & administrant hominem quod est in rebus ex bono et malo, non poterit intelligere nec uerificare omnia quæ Philosophi scripserunt, nec poterit certificare omnia quæ apparebunt sensibus hominũ, & euadet cum tristicia animi, quoniam in illis rebus est mirabilitas omnium quæ uidentur.

Credit purus astrologus quòd tota mirabilitas rerum & radix experimentorum & omnium quæ extant à rebus, quando inuicem conferuntur essent à figura cœlesti, quam contrahit unumquodque hora suæ interemptionis & generationis, & uerificauit in omnibus quæ expertus est. Inuenit quòd concursus rerum secundum cursum stellarum & uictoria, & gaudium, et tristitia pendet exinde, et iudicatur per illud. Et ideo iussit omnia fieri in certis diebus, & in certis horis, & in certis coniunctionibus & separationibus, in certis ascensionibus, per hypocritos sermones, præparationes herbarum, & non potuit eorum ingenium expandi ad omnes uerificationes Philosophorum.

Credit magna pars Philosophorum & medicorum quòd tota mirabilitas experimentorum & mirabilium exiret à rebus naturalibus quando in lucem conferuntur per calidum & frigidum, siccum & humidum, & significauerunt has quatuor qualitates, & posuerunt ipsas radices omnium mirabilium, & eorum mixtio exigit ad omne mirabile, & uerificauerunt illud in suis operibus, & iusserūt sua experimenta incidere & componi per istā, & tenere per has res et uerificari. Et cum inuenerunt multa experimenta Philosophorum, non potuerunt ea uerificare per calidū & frigidum, imò magis ex hoc erat contrarium, accidit eis mirari incessanter & tristari, & negant plerunq; illud, etsi uideant id.

Plato, Aristoteles, & legitimi, & omnes qui intenderunt super ultimum philosophiæ, iam certificauerūt quòd mirabilitas exijt à rebus secundū modos ualde diuersos. Plerunq; per uirtutes cœlestes impressas, plerunq; per caliditatē & frigiditatem, & plerunq; per uirtutes dæmonum nigromāticorum, plerunq; per uirtutes alias innatas rebus cum suis formis substantionalibus, plerunq; per relationem quæ sunt rerum ad inuicem. Vnde redduntur

incompre-

incomprehensibilia rerũ mirabilia, sicut dicit au=ctor. Plerunq; per se faciunt unũ per accidens, faciunt per contrarium, plerunq directè, plerunq; indirectè. Meritò ergo Plato dixit, quòd non fuerit ualde solers in dialectica, & doctus in uirtutibus rerum naturalium, similiter in signis stellarum & nigromanticarum uirtutũ, non uidebunt rationabilitatem mirabilium, nec ipse sciet ea, & non communicabit thesaurum philosophorum.

Scio igitur quòd omnis res habet ex caliditate & frigiditate quod signũ est, ex quo facit rem efficacem aliam per accidens directè, & indirectè, & habet unamquãq; uirtutem ex stellis ex figura suæ generationis quam agit in mortalitate, constructione & conuenientia cum alijs. & tamen unaquæq; res habet uirtutes sibi cognatas, per quas unaquæq; res est principium mirabilis effectus.

Cum ergo hoc quod omnis natura mouet ad suum simile, potest imaginari, de mirabilitate effectuum quod uis ad omne operandum, et uerificabis ad omnia quæ audies, & medicinalia, & magica, & nigromantica, secundum diuersum modum tuæ excogitationis & solertiæ, & intromittam te superficialiter, ut te ipsum ad

iuues & præparares ad recipienda quæ dicam aggregata & collecta ex Philosophis & diuersis antiquis. Habeto ergo istud in mente tua, et quantum est per se res calida adiuuat in paßionibus frigidis, & est experimentum in eis, et non competit calidis nisi per accidens, aut indirectè quod est per accidens, decipiat te in primis qualitatibus, quia plerunq; res calida sanat morbos calidos, scilicet per accidens aut indirecte.

Si uis igitur experimentari. Primo decet te scire de rebus, utrum calidæ aut frigidæ sint, & nota totum illud, et postquàm scis istud nota quæ sit dispositio & proprietas naturalis eius, utrum ne est audacia, aut timiditas, aut decor, aut sterilitas, quia qualem habet naturam unumquodq; entium, talem aßimilat in his quibus associatur, ut leo est animal intimidum, & habens audaciam naturalem, maximè in frõte et corde, & ideò qui associat sibi oculum leonis, aut cor, aut pellem, quæ est inter duos oculos, uadit audax & intimidus, & inducit timiditatem omnibus animalibus. Et generaliter in leone est uirtus dandi audaciam et magnanimitatem. Similiter in meretrice est audacia exterminata, et ideò dicũt Philosophi, quod si quis induit camisiã

mere-

meretricis publicæ, aut respexerit speculum, aut secum habuerit in quo ipsa speculatur seipsam, uadit audax & intimidus. Similiter in gallo est audacia magna, adeò quod dicunt Philosophi quòd & ipso uiso stupescit leo, & ideo dicunt, quod si quis gesserit ipsius aliqua, uadit audax, et generaliter omne animal quod habet audaciam exterminatam per naturam aut per casum, si ex eo construeretur huiusmodi, dat ipsi audaciam. Similiter si est animal sterile per naturam, aut accidens aliquod, eius consociatio aliquem mouet ad sterilitatem. Et ideò scripserunt Philoso. quod mulus à proprietate uel quocunq;, sit omnino sterilis, facit uiros & mulieres steriles, quãdo ex eo sociatur aliqua pars mulieribus. Similiter facit abortiuus & eunuchus, quoniam omnibus his est insita sterilitas, & assimilant sibi in hoc hominem qui sibi associat ista intrinseca. Similiter qui uolunt incitare amorem, respiciunt quod animalium maxime diligit, & maxime in illa hora qua magis stimulatur in amore, q̃a tunc in eo uigor magis in promouendo ad amorem, ex alio animali accipiunt partem in qua magis uiget uirtus & ille appetitus, sicut sunt cor, testiculi et matrix, et exhibent ea illi quẽ uolunt intendere,

masculis ad fœminã exhibet testiculos. Mulier uerò ad uirum exhibet menstruum aut secundinam.

Et quia hirundo multum diligit, ut dicunt Philosophi, ideo multũ eligũt eam ad excitandũ amorẽ. Similiter in hoc genere turtur, colũba, & passer, maximè quãdo capiũtur amore & uenere, tunc enim irrefragabiliter prouocãt et inserunt amorẽ.

Similiter quando uolunt facere loquacem appropinquant de lingua canis, aut de corde. Cum autem uolunt facere facundum aut delectabilem, associant ei philomelã, & uniuersaliter quamcũque uirtutem aut proprietatem naturalem uident in aliquo entium naturaliũ, secundum excessum, suspicantur assimilare aut promouere seu inclinare dispositum ad illud, propter quod sciunt firmiter ꝙ potest plus iuuare quàm nocere, eò quòd habet illud insitum à sua natura. Et omnis uirtus mouet ad tale quale est secundum posse suũ. Et sic intelligo esse in rebus mirabilibus quas audies. Et hoc dictũ sit ad introducendum animum tuum.

Dixit author libri tegimenti quod quædam sunt manifesta sensibus, in quibus nullam scimus rationem, & quædam sunt manifesta ratione in quibus nullum sensum nec sensationem percipimus. Et in

primo

primo genere entium nulli credendum est nisi experientiæ, & est experienda ratio, nec neganda experientia. Et in secundo genere entium non expectandus sensus, quia sentiri non potest. Quædam igitur sola experientia sunt credenda sine ratione, cum lateant homines. Quædam sola ratione cum careant sensibus, nam q̃uis manifestam rationem nescimus q̃ Magnes trahit ferrum, ita tamen manifestat illud experientia quod nullus denegare potest, & quemadmodum istud est mirabile q̃ sola experientia certificat, ita in alijs debet homo æstimare nec debet negare quicquam mirabilium quã uis rationem non habet, sed debet experiri, quia causæ mirabilium sunt latentes. Et ex tam diuersis præcedentibus quam humanus intellectus secundũ Platonem non potest imitari. Magnes ergo trahit ferrum, carabe trahit paleam, & quidam alius lapis trahit uitrum. Sic in entibus sunt mirabilia declarata Philosophis per experientiam, quæ nullus denegare debet, nec experitur illud secundum modum Philosophorum, qui illud inuenerunt. Nam dicunt Philosophi, quòd palma est arbor et habet masculum et fœminam, cum ergo fœmina apropinquatur masculo, uides fœminam

declinatam ad masculum, & mollificantur folia eius & rami, & declinant ad masculum, cum ergo ad palmas uident illud, ligant funes à masculo ad fœminam, redit ergo erecta super seipsam, quasi adepta sit masculo per continuationem funis uirtutem masculi, quare ergo negas quòd in hoc sit reliquarum rerum quæ suis proprietatibus agunt, donec per experientias certificetur tibi certitudo, et destruatur falsitas. Negotium autem tuū supra illud quod narrauimus in libris nostris, quorum rumor propalatur in regionibus, et quorū uestigium datur apud sapientes absq; experientia ipsius, cuius proprietates sumūtur, est inuidia et odium, ex quo semper prouenit obliquitas intellectus et iudicij in ore. Multi tamen antiquorum narrauerunt res mirabiles, tamen iam receptas apud uulgus & uerificatas. Ego narrabo tibi quædam ut tu firmes mentem tuam super eis, et ut sit parata credulitati eorū, quæ ratio non potest confirmare secundum sensum, quia prædictum in eis est adiutorium. Et eis itaq; est quod filius Mesuæ dixit in libro de animalibus. Si induit uestimentum uiri mulier fœta, deĩde induat ipsum uir priusquā abluat ipsum, recedit ab ipso febris quartana.

Et in

Et in libro de Animal: dicitur, quòd leopardus fugit extranea hominis, et alibi, quod si craniũ hominis antiqui sepeliatur in turri columbarum, aut ponatur in ea, habitant et quiescunt columbæ ibi, et multiplicantur donec constringantur in ea.

Et in lib. de tyriaca Galeni, quod serpens qui dicitur regulus est subalbidus, supra cuius caput sunt tres pili, et quando uidet eum aliquis moritur statim, & quando audit sibilum eius aliquis uel aliquid, moritur, & omnis bestia quæ comedit ex eo mortuo etiam moritur. Et dicit Arist. quòd ibi sit æstas sex mensibus, similiter hyems. Est fluuius in quo inueniuntur uiperæ quarum proprietas est ut nunquàm uideant se quin moriãtur, et faciunt hoc cum uiuunt, cum uerò sunt mortuæ nihil nocet. Et ingeniauit Aristot. cum Alex. ut reciperet speculum magnum et ambularet cum eo uersus eas, et cũ respexerunt seipsas in speculo mortuæ sunt. Fuit ergo quibusdam incredulus sermo Aristot. Nam Auicenna instans Aristot: si aliquis uidit eum, mortuus est. Vnde non est ueritas in sermone, et dixerunt, si aliquis acciperet de lacte mulieris lactantis uirginem suam quæ est à bimatu, et ponatur in uitreo uase et sepeliatur uel suspendatur in turri

apud introitum columbarum & exitũ, habitant et multiplicãtur colũbæ in ea, donec sint innumerabiles. Et dixerunt, quando os hominis mortui suspenditur in aliquo iuuat à quartaña, & si suspenditur os hoĩs mortui super illum qui conqueritur de uentre suo sanatur. Et dixerunt si dentes pueri in primis cum cadũt suspendãtur antequã ueniant ad terram, et ponantur in lamina argẽti & suspendãtur sup mulieres, eas prohibẽt impregnari & parere. Et in libro Cleopatræ: quãdo mulier accepit omni mẽse de urina mulæ põdera duo, et biberit, ipsa nõ cõcipit. Et in lib: decorationis: accipe quãtitatem fabæ de alchi, et infũde ipsam in urinã mulæ et da mulieri ad potandũ et non cõcipit. Et dixit Alex. quando accipitur aliqd de ũbilico infantis q egreditur, si inciditur et põitur sub lapide ãnulli de argẽto aut auro, tũc ei q nescit eũ nõ aduenit colica paßio penitus, et dictũ est quod si ligetur semen acetosæ in panno, et suspendatur super tympanũ sinistrũ, non cõcipiet donec permanet sup ipsum.

Et dicit Galenus, quod quando folia acetosæ comeduntur, soluunt uentrem. Et dicitur quod radix acetosæ suspensa super habentem scrophulas iuuat ipsum.

Et di-

Et dicunt philosophi quando uis ut redeat bestia ad hospiciũ suum, line frontem eius cũ seposquilla & redibit.

Et Aristot. dixit in lib. de Animal. Si ponat aliquis ceram contritam super cornua uituli uaccarum, uadit cum eo ubicunq; uult sine labore, & si inungat aliquis cornua uaccarũ cum cæra & oleo aut pice, recedit dolor pedum earum. Et si quis delinierit caput tauri oleo rosarũ, apostematur caput eius, & si liniatur cum eo caput uaccæ, moritur. Et si aliquis unxerit linguam boum cum sepo aliquo, non gustant cibum nec comedunt, sed prius moriuntur fame, nisi abstergatur cum sale & aceto. Et si quis inungit anum galli cum oleo, non calcat gallinam, nec potest, & si quis uult ut non uociferet gallus, caput eius inungat oleo, et frontem.

In libro Archigenis dicitur, quando cauilla leporis suspenditur super eum qui patitur colicam, confert.

Et dixit Aristoteles, qui sedet super pellem leonis, recedunt ab eo hemorroidæ.

Et dixerunt Philoso. si annularem abortiui suspendit super se mulier, non concipit donec permaneat super ipsam. Et quando bibit mulier urinã arie-

arietum nunquam concipiet, & quando bibit sanguinem leporis non concipit. Et si stercus leporis suspendatur super mulierem, non concipit donec permaneat super ipsam: & origanum modo tantū quando teritur & pulverizatur super locum formicarum, amittunt formicæ locum suum.

Dixerunt Philoso: Si suspendatur caput capræ super illum qui patitur scrophulas, sanatur per ipsum. Et dicitur in lib. decorationis: Accipe myrrham, et line pollicem pedis dextri tui cū oleo de palestima trita, tunc tu concubes dum illud permanet super pollicem. Et dicitur ibi, quòd si tu accipis fel hirci & adipes, & exsicca utraq;, deinde tere ea & calefac ambo cum puro oleo, & line cū ea priapum in circuitu hora coitus, & nullum alium expetet præter te.

Dicunt etiam Philosophi: Si accipiatur mediū pondus, iij. illius, et quinq; ex duobus testiculis uulpium, & ex felle galli, & permisceat utraq;, & portet ea continuè tribus diebus in uulua, si in die quarta futuat eam uir, impregnabitur à masculo.

Si suspendatur cauda adib, supra præsepe uaccarum aut pecudum, non appropinquabit lupus donec pmanebit illic, et si suspēditur cauda lupi aut

pellis,

pellis, aut caput, ſupra præſepe, non comedent boues nec beſtiæ aliquid. Et mulier quæ ſe ſæpius inungit urina adib, nunquàm concipiet.

Si uis ut mulier non corrumpatur, nec quærat uiros: Accipe priapum lupi & pilos palpebrarũ eius, & pilos qui ſunt ſub barba eius, & combure illud totum, & da ei in potu ipſa neſciente, nullũ alium uolet. Et dixerunt quando mulier non uult uirum ſuum, tunc accipiat uir eius aliquid de ſepo hyrcorum mediorum inter paruos & magnos, & liniat cum eo priapum ſuum, & coeat, ipſa enim amabit eum, nec coibit poſtea cum aliquibus.

Et dixerunt quòd teſtudo quando uenenatur comedit origanum & ſanatur, & ideo ſciuit quòd origanum ſuccubuit cum ueneno.

Dicitur etiam quòd muſtela quando nenenatur à ſerpente comedit rutam, & ſciunt ex hoc quòd ruta eſt contrarium ueneno ſerpentum.

Et mus ſuppoſitus puncturæ ſcorpionum liberat, quia contrarius eſt, et nihil timens eum.

Dicunt Philoſophi, Quòd ſi quis extraxerit calcaneum mulieris muſtelæ ipſa exiſtente uiua, et ſuſpendatur ſuper mulierẽ, nõ cõcipit donec maneat ſuper eã, et quãdo remouetur, impregnatur.

Et in

Et inuenerunt Philosophi, quod si aliqua mulier est sterilis, quando apponunt rem facientem sterilem, mulier fit non sterilis, & econuerso.

Si accipiantur duo testiculi mustelæ, & stringantur & ligenter in crucē mulieris, & habeat eos secum mulier, non concipit: & dicitur quod quando spongia proijcitur in uino mixta aqua, deinde extrahatur & restringitur & exprimitur, egreditur aqua ex eo & remanet uinum, & si nō est mixtum nihil egreditur.

Dicit Tabariensis, quòd si suspenditur lapis spongiæ in collo pueri, qui tussit tussi uehemēti, sedatur tussis eius: & quando intromittitur in caput asini aut anum scarabeus sincopizat & non uertitur do nec extrahatur ab eo.

Et si homo comedit lentes & mordeat, non sanatur morsus, & quando intromittitur in anū arietis cadit lana eius.

Dicitur etiam, quod si ligetur aliquis lapis cum cauda asini, non rudet nec ruget.

Si accipiantur pili asini qui sunt iuxta priapum eius, & dentur alicui in potu triti cū uino cuiuis, incipit statim pedere.

Similiter si aliquis accipit oua formicarum, & conterit

conterit ea, & proiecerit in aquam & dederit eã a[m] in potu cuiuis, statim non cessat pedere. Similiter faciunt cum uino.

Et dicitur, quòd si feceris annullũ ex uirga myrti recentis, & intromisceas in ipsum anularem digitum, sedat apostema sub ascellis.

In libro Aristot. radix iusquiami albi quando suspenditur super patientem colicam confert ei: & quãdo hauriat, nitrum salsum ponitur in uase, et ponitur sup ipsum acetũ bulit fortiter absq; igne.

Dicitur etiam in libro Hermetis quando proijcitur semen porri super acetum, redit acetositas eius.

Balbinus dicit quando accipis albumen oui & alumen, et linis cum eo pannum, et ipsum abluis cum aqua salis, sicca eũ, prohibet ignem comburere.

Dicit alius quando accipitur arsenicum rubeum et alumen, et teruntur et conficiuntur cum succo semperuiuæ et felle tauri, et linit cum eo homo manus suas, deinde accipit ferrum ignitum, non comburit ipsum. Similiter si accipiatur ex magna et alumine iamenti et talo et aceto forti et altea, et contriueris ea contritione bona, et lineas cum ea manus non lædit eas ignis.

Et dixerunt

Et dixerunt in Carabe, quando multum teris ipsum & sufflas uersus lampadem cum sufflatorio, inflammatur ex eo ignis magnus, & ab eo nihil contactum comburitur, & quando uolueris ut quæ sunt in palatio uideantur nigra: Accipe de spuma maris, et calcato et permisce ea filis, deinde humecta cum ea licinium, & illumina cum eo lampadem.

Quando uis ut quæ sunt in palatio, uideantur sine capitibus, accipe sulphur citrinum cum oleo & pone ipsum in lampade & illumina cum eo, & pone illud in medio hominum, & uidebis mirum.

Et iterum dicit Belbinus, qui posuerit portulacam super lectum suum, non uidebit somnium nec uisionem penitus.

Et Aristoteles dicit, quòd equæ quando odorant fumum lampadis extinctæ abortiunt, & indignantur, et similiter hoc accidit quibusdam mulieribus prægnantibus.

Dicit Aristoteles, quod si quis ingeniatur camelum coire cũ matre sua, et ipse præsentit illud, ipse prosequitur eum donec interficit eum, et ingenietur equũ ascendere matrem suam et præsentiat illud, interficit seipsum et necat intendens ad hoc.

Et dicunt

Et dicunt Philosophi, quòd si submergas muscas in aqua uidentur mortuæ, & si sepeliantur in cinere resurgunt iterũ, et quando submergis Aombor moritur, & si roretur super ipsum acetũ uiuificatur, & quando sepelis scarabeum in rosis moritur, & si sepelis in stercore, uiuificatur.

Dixerunt & philosophi, quòd quando pennæ aquilarum ponuntur cum pennis aliarũ auium, cõburunt illas & mortificant eas, sicut ipsa est uincens in uita sua omnes aues & dominans. Pennæ aquilarum sunt perniciosæ omnibus pennis: Et dicunt philosophi, q̃ si ponatur in aliquo loco pellis ouis cũ pelle adib, corrodit & consumit: & qui induit pannum ex lana ouis quæ comedit adib, non cessat ab eo pruritus donec exuat eum. Et si acceperis pilum equæ & extenderis ipsum super ostiũ domus, non ingreditur ostium illud cimifex, donec super eo stat pilus.

Et si suffumigas domum aut locũ pulmone asini, mundas eum ab omni serpente & scorpione, et sciũt philosophi ex hoc, quod ualet cõtra uenenũ.

Tabariensis etiã dixit, si lingua upupæ suspendatur super parietem, obliuiosum reddit memorẽ.

Et in libro Cleopatræ dicitur: si mulier non dele

ćtatur cum uiro ſuo, accipe medullam lupi de pede ſiniſtro, & porta eã, et nullũ diliget niſi te. Et dicitur, quando accipitur coxa ſtrutionis maſculi ſiniſtra, & bulitur cum oleo, deinde liniuntur cum eo origines pilorum, nunquam renaſcuntur.

Dixit Architas, ſi accipiatur cor dũ uiuit & ſuſpendatur ſuper patientẽ quartanã eradicat eam.

Et ſpolium ſerpentis, quando ſtringitur ſuper ancham mulieris accelerat partum: ſed cum parit, ilicò remoueatur.

Dentes omnium ſerpentum quando eradicas eos dũ uiuit ſerpẽs, et ſuſpẽdãtur ſup quartanariũ, tollunt ab eo quartanã: et ſi ſuſpendatur ſerpens ſup dolentẽ dentẽ prodeſt, & ſi ſerpens occurrit prægnanti abortit: & ſi occurrit ei dum parit, accelerat partũ. Et dicunt ſi acceperis caninũ dentem cocodrili ex palato eius ſuperiore ſiniſtro, et ſuſpendis eũ ſupra febricitantẽ, ſanat et redibit ad ipſum nunquam: et dixerunt, quod leo terretur ex gallo albo, et leo iterũ timet ignem, et qui ungitur cum ſeuo renũ leonis nõ timet ire inter beſtias, et omnes beſtiæ terrentur ex leone, et qui linit corpus ſuum cum ſtercore leporis, terrentur ab eo lupi.

Et ſi teritur arſenicum citrinum, et admiſcetur

lacri=

lacrist, nō cadit super eū musca quæ nō moriatur.

Si acceperis dextrum pedem testudinis & suspendis eum super dextrum pedem podagrici, confert ei, Similiter si sinistrum sinistro, & sic manus eius confert manui et digitus digito. Et si accendatur ignis coram ernioso ex uiridibus lignis ficulnearum, crepitant testiculi eius.

Et in libro Hermetis oculi ursi ambo cum ligantur in panno lini super adiutorium sinistrum, remouet quartanam. Et dicitur quod si lupus uiderit hominem, & ipse non uidet eum stupescit, homo timet & raucescit. Et ideo si quis gerit oculum lupi, iuuat ad uictoriam, ad audaciam & debellationem et timorem aduersarij.

Et dicitur q̄ si fiat annulus ex albis ungulis asini qui induit ipsum epilenticus non patitur epilentiā.

Et dixerunt quando uis ne approximēt muscæ domo, tunc pone condisim et opiam in albedine calcis, et inde albifica domum cum ea, tunc non egredientur muscæ penitus.

Et quando uis ut narret tibi mulier uel puella tua omnia quæ fecit, accipe cor columbæ & caput ranæ et exsicca utraq; & tere et puluerisa supra pectus dormientis et narrabit omnia quæ fecit. Dū

uerò euigilauerit exterge illud à pectore ne alleuetur. Et dicunt quod si quis ponit adamantē capiti mulieris dormientis, manifestat si est adultera: quoniam si sic est, resilit territa de lecto: et si non, amplectitur uirum suum cum grandi dilectione.

Et dicunt quod pellis asini quando suspenditur super pueros prohibet eos terreri.

Et dicit Architas quòd si accipiatur cerumen auris canis sinistræ, & suspendatur febricitātibus periodicè, confert multum, maxime quartanæ.

Et dicunt philosophi, quòd aliqua species uel indiuiduū, quæ nunquàm habuit ægritudinem, confert omni ægritudini: & cùm nunquàm affuerit dolor aliquis, succurrit & sanat hominem ab illo.

Et si suspenditur spuma maris super ancham mulieris sinistram, accelerat partum, & quando suffumigatur domus cum ungula muli sinistra, non remanent in ea muscæ.

Et si suspenditur cor upupæ aut oculus aut cerebrum supra se ad collum suum, confert obliuioni, & subtiliat intellectum hominis.

Si mulier non potest concipere, accipe cornu ceruinum puluerisatum, et misceatur cū felle uaccino, teneat mulier sup se, coeat et statim cōcipiet.

Seta

Seta de cauda equæ posita super ostio non permittit intrare zanzalas.

Dens pulli unius anni positus in collo infantis, facit eius dentes prouocari sine dolore.

Dens equæ positus super caput furentis statim liberat eum.

Si mulier non potest concipere, detur ei nescienti lac iumenti, ea hora coeat, et statim cōcipiet.

Vnguis equi suffumigatus in domo effugat mures. Idem fit ex ungula muli.

Vt tota aqua calida exeat è caldario, attramentum, id est, terrā franciscā cū pice proijce in aquā et tota exibit. Vt ignis de aqua extra eat, testam oui accipe, et sulphur uiuum tritum impone et calcē et claude foramē mitte in aquam, et incenditur.

Et dicitur, quòd si ponatur camphora super aquam, accenditur et comburitur in aqua.

Vt aues manibus compræhendas, accipe grana quæuis, in fæce uini et in succo cicutæ ualde imbibita, et obijce ad aues, omnis auis quæ inde gustat inebriatur et perdit uires.

Si quæ mulier te ligauit maleficijs ad amorem suum & uis illud dissoluere: accipe camisiam suā, & per capitium eius minge foras, & per mani-

eam eius dextram & non curabis de ea.

Vt mulier cum aliquo adulterare non poßit, incide de capillis eius, et puluerem illorum tibi super feretrum sparge, ante tamen unge feretrum cũ male, & mox coëas cum muliere, & cum uolueris soluere ex tuis capillis fac similiter.

Et dicunt si aliquis inungatur lacte asinæ, congregabuntur in eo omnes pulices domus.

Literas quæ non leguntur nisi de nocte: cum fel le testudinis scribe, aut lacte ficus si ponatur ad ignem, aut cum aqua uermis lucentis de sero.

Si accipiantur multa albumina ouorum de gallina post mensem fiunt uitrum & dura ut lapis: & ex hoc tali fit topatius sophisticatus, si prius cum croco uel terra rubea liniatur.

Similiter spuma quæ inuenitur circa testiculos cerui uel equi uel asini fatigati, admisceatur cum uino: & illud uinum detur alicui potationi, abhorrebit uinum per mensem.

Et si habueris plures anguillas in uase uini, & dimittantur in illo mori: si quis biberit ex illo, abhorrebit uinum per annum, & forte semper.

Et dicitur, q̃ si accipiatur funis aliqua, cũ qua suspenditur fur uel suspensus est, & aliquantum

paleæ

paleæ quam turbo uenti in aëre suspendit, et pona tur in olla, & misceatur cũ alijs ollis: illa oĩes alias frangit. Item accipe aliquantulum prædicti funis, pone in instrumẽto cum quo mittitur panis in furno, quando ille qui mittere debet in furno mittet non poterit immittere, sed extra exiliet.

Vt homines uideãtur sine capitibus, accipe spo lium serpentis & auripigmentum & picem græ cam reuponticum, & cærã nouarum apum, & san guinem asini, & tere omnia, et mitte in rudi olla plena de aqua et facias bullire ad lentum ignem, et postea dimitte frigescere, & facias cæreum, & omnis qui illuminabitur eo, uidebitur sine capite.

Vt homines uideantur habere quorumlibet ani malium capita: accipe sulphur uiuum & litargiri um & istis simul pulverizatis, sparge in lampade oleo plena, habeantq; candelam de cæra uirginea, quæ permixta sit cum fece illius animalis, cuius ca put uis ut uideatur habere tenens candelam accen sam de lampadis igne, & da bibere uinum cum ual dimonia, & illi qui inde potabunt uidebunt se ha bere caput animalis.

Vt homines uideantur habere uultum canis ac cipe adipẽ de aure canis, unge ex eo parũ de bom

bycino nouo, pone in lãpade noua de uiridi uitro, et pone lucernã inter hões, et cernũt uultũ canis.

Vt homines uideantur habere tria capita, accipe de pilis asini mortui, & fac funiculum, et sicca, & sume medullam de osse principalis dextri humeri, et misce cum uirga uirginea, & line funiculum, & pone super liminaria domus: ingredientes domum tria capita habebunt, hi qui in domo sunt intrantibus asini uidebuntur.

Si uis ut caput hominis caput asini uideatur: tolle de segmine aselli et unge hominem in capite.

Si uis ut pullus aut res alia saltet in disco: accipe argentum uiuum & puluerem calamitæ, et mitte in ampullam uitream sigillatam, et illam pone intra rem calidam, quia cum sit argentum uiuum calidum, mouet se, et faciet eam saltare.

Si uis uidere quod alij nequeunt, accipe fel de masculo catto et adipem gallinæ omnino albæ, & misce insimul et oculos tuos inunge, et uidebis. Si uis intelligere uoces auium, associa tecum duos socios in quinto Calẽdas Nouembris, et uade in quoddam nemus cum canibus quasi ad uenandum, et illã bestiam quam primo inueneris, defer tecum ad domum, et præpara cum corde uulpis, et statim intel-

liges

liges uoces auium uel bestiarum, et si uis ut aliquis intelligat, oscula eum et intelliget similiter.

Si uis soluere uincula, uade in syluam et prospice ubi pica nidum habuerit cum pullis, & quando eris ibi, ascende ad arborem et foramen eius circū liga quocūq; uis, quia cū uidet te uadit pro quadā herba quā ponit ad ligaturā, et statim rumpitur, et tunc cadit herba illa in terrā sup pannū quē debes posuisse sub arbore, & tu sis præsens et accipe.

In nido uppupæ est quidam lapis qui est diuersorum colorū, defer tecū ipsum, et eris inuisibilis.

Vt homo semper eunuchus sit, accipe ex uermiculo qui in æstate lucet, & da ei bibere.

Vt mulier confiteatur quæ fecerit: ranam aqualem compræhende uiuam, & tolle eius linguā et remitte illam in aquam, & pone illam linguam super partem cordis fœminæ dormientis, quæ cum interrogetur, uera dicet.

Si uis aliquem terrere in somno, capiti eius sup pone pellem simiæ.

Si uis capere talpam, pone in foramine eius cæpe uel porrum aut allium, et statim egredietur sine uiribus. Serpens non accedit ad allium, nec canis gustat aliquid tinctum cum allio.

Suffumigatio quam cum feceris, uidebuntur omnes in forma elephantum, qui sunt in domo, et equorum magnorum: Accipe speciem quæ dicitur Alchachengi, & contere & confice ipsam cum aliquãtulo pinguedinis delphini, & fac ex eo grana sicut citri. Deinde fumiga ex eis super ignem stercoris uaccæ quæ mulgetur, & non sit in domo locus ex quo egreditur fumus nisi porta, & sit larga sub terra de intus. Nam omnes qui sunt in mansione, uidebũtur quasi ipsi sũt hoĩes magni in formis equorum, elephantum, et est mirabile ualde.

Suffumigatio alia, quam cum facis uides formas multiformes, et mirabilia infinita, quæ præ multitudine non discernũtur: Accipe Timar, id est, uermilium, et lapidem Lazuli, et pulegiũ montanum, et pulueriza totum, et cribella illud, et confice illud, et cum pinguedine delphini, uel equi, uel elephantis, fac grana in modum ciceris, et sicca in umbra, et suffumiga in eo quando uolueris, et fiet qđ dictum est.

Suffumigatio ad uidendum in somno quod futurum est de bono et malo. Accipe sanguinem asini congelatum, et lupi cerini pinguedinem et storacem, aggrega totum ponderibus æqualibus, et conficiantur

ficiantur et fiant grana, et suffumigetur cum eis domus. Tu enim uidebis in somno tuo qui narrabit tibi omnia.

Modus faciendi licinium quod quando accendes uidebis homines in quacunq; forma uolueris. Accipe oculos bubonis et oculos piscis qui dicitur affures, et oculos piscis qui dicitur libyniti, et fel luporum. Contrita ergò à manibus commiscendo, pone ea in uase uitreo. Cum ergo uis operari eum, accipe adipem cuiuscunque uis bestiæ quod fiat hoc in forma eius, liquefac eam, et permisce cum illa medicina, et iunge cum eo licinium quodcunque uis, deinde accende ipsum in medio ædis, uidebuntur enim omnes homines in domo illa in forma illius bestiæ cuius pinguedinem accepisti.

Licinium aliud ut homines appareant in forma angelorum: Accipe oculos piscis oculos filoæ, id est frangentis ossa, et contrita eos manibus malleãdo, et pone eos in uase uitreo septem diebus, deinde pone in eis aliquid de oleo, & illumina cum eo in lampade uiridi, et pone ipsum coram hominibus qui sunt in æde: ipsi enim uidebunt se in forma angelorum ex igne accenso.

Licinium aliud faciens apparere homines nigrarum

rum facierum: Accipe lampadem nigram, & funde super ipsam oleum Sambucinum uel argentum uiuum, & funde in illo oleo uel argento uiuo ex sanguine flebotomatium, & pone in illo sanguine sambucinum uel argentum uiuum.

Aliud fit licinium ex pannis mortui, aut ex pannis nigris, & accende in medio ædis. Nam tu uidebis ex hominibus mirabilia, quando uidebunt se ad inuicem cum illis formis.

Lampas mirabilis in qua apparent res quantitatis terribilis, habens in manu uirgam & territat hominem. Accipe ranam uiridem, et decolla eã supra pannum exequiarum uiridẽ, madefac ipsum cum oleo sambucino, & pone ipsum licinium, & illumina cum eo in lampade uiridi, uidebis nigrum statum, inter cuius manus erit lampas & mirabile.

Lampas quam cùm aliquis tenet in manu non uidet aliquos eorum qui sunt ibi, & qui fuit post ipsum uidebit tantũ. Accipe piscẽ qui dicitur Delphinus, deinde accipe pannum lini aut funeris, & sparge super ipsum aliquid extra azimar, deinde funde super illud ex illa pinguedine liquefacta, deinde stringe manum super ipsum, & inuolue pannum, & fac ex eo licinium, deinde accende ipsum

in lam-

in lampade, & eris uiridis, & fiet quod tibi dixi.

Lampas alia faciens apparere homines in forma fœda, & terrentur homines inuicem, et faciũt ipsum fingentes dœmonem, accipe pilos ex cauda canis nigri in quo non sit albedo, & aliquid ex pinguedine eius, liquefac pinguedinem: Deinde accipe pannum exequiarum, et fac deinde licinium, deinde line ipsum cum eo quod fecisti, & illumina ipsum in lampade uiridi cum oleo sambucino, et accende ipsum in domo, & non sit ibi licinium præter ipsum & uidebis mirabile.

Licinium pulchrum ut domus uideatur tota plena serpentum & imaginum donec licinium permanet accensum. Accipe pinguedinem serpentis nigri & spolium serpentis nigri, et pannum exequiarum, & fac licinium ex illo panno, deinde line ipsum cum illa pinguedine, & pone spolium serpentis in concauitate eius, & illumina cum oleo sambucino in lampade uiridi aut nigra.

Aliud licinium quod quando est accensum, & infunditur sup ipsum aqua, inualescit, & quando oleum extinguitur, accipe calcem quã non inuenit aqua, & permitte eam cum æquali pondere sibi ex cæra & medietatis eius ex oleo balsami, ex napta citrina,

citrina, cum æquali sibi ex sulphure, fac licinium ex ea et rora super aquam, & accendetur, et rora super ipsum oleum & extinguetur.

Licinium aliud quod cum accenditur, omnia uidentur alba & argentea: accipe lacertam et abscinde caudam eius, & accipe quod exit: quia est simile argenti uiui. Deinde accipe licinium, et madefac cum oleo, & pone ipsum in lampade noua, & accende, domus eius uidebitur splendida et alba uel deargentata.

Operatio lampadis et mirabilis quam si quis tenuerit, non cessat pedere donec dimiserit eam: accipe sanguinem testudinis, exsicca ipsum in panno lini, et fac ex ipso licinium, et illumina ipsum in lãpade, da ipsũ cui uis et dic illumina: nã ipse nõ cessabit pedere donec dimiserit illud, et est mirabile.

Lampas quæ cum accenditur in loco ranarum nulla sonat, sed omnes silent donec fuerit accensa: Accipe pinguedinem cocodrili, et confice ipsam cum cæra albificata in sole, & fac ex eo licinium, et illumina cũ eo in loco ubi sunt ranæ, & cùm uiderint istud statim tacebunt.

Lampas alia cum accenditur, uident se inuicem astantes sicut imagines et lapides, accipe zimat et tero

tere bene, et accipe pannum funeris & madefac ipsum cum pinguedine piscis, aut cũ oleo sisamino puro, pone ipsum in lampade uiridi, et pone super ipsum ex illo medicamine contrito rem paruam, & fit mirabile. Licinium quod cùm accenditur, non cessant saltare et gaudere & insanire gaudio & maximè mulieres, et accipe sanguinem leporis, et sanguinem cuiusdam auis quæ dicitur Solon et assimilatur turturi, et æquale medietatis eius ex sanguine turturis maris. Infunde ergo eum in liciniũ, et illumina cum eo in medio domus in qua sunt cantatrices et puellæ, & est mirabile et probatum.

Si uis facere quod in strato hominis appareant pediculi scaturientes ut non posit homo dormire, tunc proijce in lecto eius pondus unciæ unius uel mediæ Alkakengi, et si acceperis pilos Asturis, fiet inde licinium, quod quando accenditur uident se inuicem omnes infirmos ex uehementia infirmitatis & extenuationis.

Accipe locustam citrinam, et exicca ipsam, & tere, et pone in panno exequiarum, et incende ipsum oleo sambucino, in quocunq; loco fueris, erit quod tibi dixi & mirabile.

Quando uis ut uidearis totus ignitus à capite

usq;

usq; ad pedes & non lætaris: accipe maluauiscum album, confice cum albumine ouorum, deinde line cum eo corpus tuum, & dimitte donec exsiccetur, et deinde line te cum alumine, et postea pulueriza super illud sulphur subtile, inflammatur enim ignis in eo et non lædit, et si facis super palmam, poteris tenere ignem sine læsione.

Si uis ut res proijciatur in ignem et non comburatur, accipe glutē piscis partem unam et aluminis æquiuale illi pmisceatur totū, et fundatur sup ipsum acetū uini, et cōmisceatur cū eo quicqd uis, proijce in ignē, line cū hoc linimēto, nō cōburetur.

Si uis facere contrarium, scilicet imaginem aliquam hominis aut alterius, & quando ponitur in aqua accenditur, et si extraxeris eā, extinguetur, accipe calcem non extinctam et permisce eam cum aliquantulo ceræ & oleo sisami & napta, id est terra alba et sulphure, et fac ex illo imaginem: nā quando tu rorabis aqua, accendetur ignis.

Si uis facere, ut quando aperis manus tuas sup lampade extinguatur lumē, & quando claudis eas super eam accenditur, & non cessat illud facere. Accipe speciem quæ dicitur spuma Inda, tere eam & deinde aperi eas in facie lampadis, delebitur lumen

men eius, & claude & reaccendetur.

Si uis uidere rem submersam & profundam in nocte, & non occultetur tibi plusquàm in die legens libros de nocte nigra. Vnge faciem tuam cum sanguine uespertilionis, & erit quod dico.

Si uis albificare aliq̄d, suffumiga illud sulphure.

Si uis ut arbor citri proijciat omnes fructus ut cadant. Accipe quinq; partes sulphuris citrini, et quinq; nigri, & duo albi, & stinabrium, tere omnia & permisce & suffumiga, & cadent omnes fructus, forte est in alijs arboribus.

Si uis statim interficere serpentem, accipe ex Aristolochia rotunda quantum uis, & tere illam benè, et accipe ranam syluestrem uel campestrem, & contere ipsam & commisce eam aristolochiæ, & pone cum eo aliquid ex incausto, & scribe cum eo in cartha aut aliquod quod plus amas et proijce ad serpentes.

Si uis portare in manu tua ignem ut non offendat, Accipe calcem dissolutam cum aqua fabarum calida, & aliquantulum magranculis, & aliquantulum maluauesci, & permisce illud cum eo bene, deinde line cum eo palmam tuam, & fac siccari, et pone in ea ignem, & non nocebit.

Dicunt philoſophi, calx talis non comburit in igne, & glutem piſcis ſaluat ab igne, & alumen iamenum & ſanguis ſalamandræ & fuligo furni uel lebetis: quando iigtur ex iſtis omnibus aut quibuſdam fit linimentum non offendit ignis albumen oui et maluauiſcum, et habent iuuamentum in hoc.

Si uis ut tota domus appareat plena ſerpentibus: Accipe de pinguetudine ſerpentis & parum ſalis in ea pone, et accipe pannum exequiarum, et ſcinde ipſum in quatuor fruſta, deinde pinguedinem, & pone ipſam in omni panno: ſic facias quatuor licinia, et accende ea in quatuor angulis domus cũ oleo ſambucino, et in lampade noua, et fiet q̃ dixi.

Licinium quod cum accenditur in domo, uidebis res uolantes uirides ut paſſeres et aues, accipe pannum exequiarum recentem, et pone in eo cerebrum auis, et pennas caudæ eius, et inuoluendo fac eis licinium, et pone ipſum in lampade noua uiridi, accende ipſam in domo cum oleo oliuæ, et quæ res erunt in domo fient uirides ualde, et uidebitur quaſi uolant uirides et nigræ.

Vt domus uideatur tota uiridis et plena ſerpentibus & imaginibus timoroſis: accipe cutem ſerpentis et ſanguinem alterius ſerpentis maſculi, & adipem

& adipem alterius serpentis, aggrega illa tria, et pone ea in panno exequiarum, & accende ipsā in lucerna noua.

Si uis facere canelam uel licinium quæ cum accenditur, agitatur et ambulat, accipe cutem lupi, cutem canis, et fac ex utrisq; licinium, et accende ipsum cum oleo oliuæ, et statim mouebitur.

Quando uis accendere lucernam ex quo ualde timeat quis. Accipe pannum lini nouum album, & fac ex eo licinium, et pone in concauitate eius cutem serpentis et salem grossum, et sacratum oleum oliuæ, et da cui uis, et statim cum accensum fuerit ipsum, trepidabit, et timebit ualde.

Dicunt Philosophi, quòd synciput est prima pars capitis, et ex sincipite hominis parum post mortē generatur uermis, cumq; prætereunt ei dies septem, uermes illi sunt muscæ, et post quatuordecim dies sunt dracones magni, quorum unus si momorderit hominem, morietur statim: quòd si tu acceperis ex ea, et coxeris illud cum oleo, et feceris ex eo candelam in lucernam æris cū licinio ex panno exequiarum, uidebis ex eo rem magnam, et formas quæ narrari non possunt cum timore forti.

Experimentum mirabile quod facit homines

ire in ignem ſine læſione, uel portare ignem, uel ferrum ignitum ſine læſione in manu. Recipe ſuccũ biſmaluæ et albumen oui, et ſemẽ pſilij et calcẽ, et pulueriza et cõfice cũ illo albumine oui ſuccũ raffani, ex hac cõfectione illinias corpus tuũ uel manum, dimitte ſiccari, et poſtea iterum illineas, et poſt hoc poteris audeciter ſuſtinere ignem ſine nocumento.

Si autem uelis ut uideatur ardere illud linitum, aſperge de ſulphure uiuo bene puluerizato, et uidebitur comburi cũ, accendetur ſulphur, et nihil ei nocebit: ſi flammæ cãdelæ, quã quis tenet in manu, colophoniam uel picem græcam inſufflaueris ſubtiliſsimè tritam, mirabiliter auget ignẽ, et uſq; ad domum porrigit flammam. Vt ignem illæſus portare poſsis cum aqua fabarum calida calx diſſoluatur, et modicum tere rebeæ de mislina, poſtea parum maluaueſci adijcias, quibus in ſimul coniunctis uel comixtis palmam illinias, et deſiccari permittas: et ſic ignem illæſus portare poteris. Et eſt uerum et experimentatum.

Aquam ardentem ſic facias: recipe uinum nigrum, ſpiſſum, potens et uetus, et in una quarta ipſius diſtemperabis uiuæ calcis, ſulphuris uiui,

ſub-

ſubtiliſsimè pulverizati, tartari de bono uino & ſalis cõmunis albi großi, poſtea pones in cucurbita bene lutata, & deſuper poſito alembico diſtillabis aquã ardentem quam ſeruare debes in uaſe uitreo.

Ignem græcum ſic facias, Recipe ſulphurem uiuum, tertarum, ſarcocollam picolam, ſal coctũ, petroleum, et oleum commune, fac bulire benè, et ſi quid imponitur in eo accenditur, ſiue lignũ ſiue ferrũ, et nõ extinguitur niſi urina, aceto uł arena.

Si uis facere quòd ceſſet omne mirabile, reſpice alias cauſas, ſcilicet agentem, ſufficiens etiã patientem, quoniam ſi utrunq; reſpicis nõ miraberis, quia uidebis tantam aptitudinem eſſe in una ſufficientia alterius quod non facit admirari: quando enim uides quòd aqua frigida accendit ignem, et non extinguit ipſum, ſi tu reſpiceres cauſam agentem, mirareris ſemper, quia eſſet efficiens conueniens ad hoc, ſed quando tu reſpicis materiã illius effectus, ut puta quia eſt calx et ſulphur quod eſt ualde inflammabile, ita quòd nimium agens inflammat ipſum, tu uides quòd nihil eſt mirabile.

Similiter quando res aliqua ſi cõburitur igne mirabile eſt quando una de cauſis inſpicitur ſola, Sed quando ſcitur natura patientis aut debilitas

agentis, nihil mirū: maxima ergo radix experimentorum naturalium est in hoc, scilicet ut eligam materiam paratißimam ad aliquid, et hoc debile agens aut fortißimum, et materiam ualde indispositam, et faciunt similiter homines aspicere ad illam causam quæ non uidetur posse illud facere, et de illa nihil dicūt. Et tu nota istud quòd secundū istū modum incidit multitudo experimentorū multū mirabilium: et de hoc narrabo tibi quædam istorū, ut confirmeris in uirtute prædicta, et scias etiam excogitare ingenia experimentorum.

Si uis facere carbunculum, uel aliquam rem lucentē in nocte: recipe nocticulas lucentes quàm plurimas, et ipsas contritas pone in ampulla uitrea, et claude, in fimo equino calido sepelias, et dimitte morari per quindecim dies, postea distillabis ex eis aquam per alembicū: quam repone uase de cristallo aut uitro. Tantam enim præstat claritatem, qd' in loco obscuro quilibet potest legere et scribere: quidam faciunt hanc aquam ex noticulis felle mustelæ, felle furonis, et canis aquatici, sepeliunt in fimo et distillant ex eis aquam.

Aquam ardentem sic facias, recipe serpentinā quam distillabis per alembicum uelut aqua ardens

exib

exibit: etiam misce uino aut cui uis, & accenditur si appropinquas ei candelam.

Ignis uolans: accipe libram unam sulphuris, libras duas carbonum salicis, libras sex salis petrosi: quæ tria subtilissimè terantur in lapide marmoreo postea aliquid posterius ad libitũ in tunica de papyro uolante, uel tonitrum faciente ponatur.

Tunica ad uolandum debet esse longa gracilis puluere illo optime plena, ad faciendum uerò tonitrum breuis, grossa & semiplena.

Ad congregandum mures uel serpentes, Accipe serpentẽ in aliquo uase multis foraminibus perforato inclusam, & accende ignẽ de stipulis in circuitu, statim serpens sibilabit, ad cuius clamorem oẽs concurrent. Et sic etiã de muribus intelligatur.

Nota quòd si coxeris unum serpentem uel uermem, et de massa illius uermis detur alicui comedere, intelliget quando canunt. Hoc probatum est.

Dicitur etiam quòd herba saponaria lauat maculas unctuosas de pannis.

ALBERTI MAGNI DE PROPRIEtatibus Herbarum, Lapidum & animalium quorundam:

FINIS.

